





*Handwritten scribble*

Tom. 21.

25.

26

*Handwritten scribble*

*Handwritten scribble*



113,  
L. o. ~~113~~ 3.





5  
MERCURII GALLO-BELGICI  
M. GOTHARDO ARTHUSIO Suc-  
CENTURIATI,

*Sive*

RERVM IN

GALLIA ET BELGIO PO-

TISSIMUM, HISPANIA QUOQUE,

ITALIA, ANGLIA, GERMANIA, UNGARIA,

Silesia, vicinisq; locis, à nundinis Francofurtensibus vernali-

bus anni 1645. usque ad autumnales anni ejusdem

potissimum gestarum,

HISTORICÆ NARRATIONIS

*continuata,*

TOMI VIGESIMI QUINTI

LIBER TERTIUS,

*Auctore*

JOANNE GEORGIO SCHLEDERO, Ratisponensi.

*Cum S. Caf. Majest. Privilegio Speciali.*



FRANCOFURTI,

*Sumptibus & typis Haredum Sigismundi Lascemi, Anno 1646.*



MER CURII GALLO BELGICI

M. GOTHARDUS  
CENTURIA

R. E. R. V. M. I. N.

GALLIA ET BELGICUM

TISSIMUM, HISPANIA QUORUM

ITALIA, AEGYPTUS, GERMANIA, HUNGARIA

et vicinioribus partibus orbis terrarum

quae sunt ad orientem et septentrionem

partes orbis terrarum

partes orbis terrarum

TOMI VIGESIMO QUINTO

LIBER TERTIUS

ANNO

JOHANNES GEORGIO SCHULZIO

Cam. & Col. Mag. Fr. Sig. Sec. Cam.



FRANCOPOLITANUS

FRANCOPOLITANUS







MERCVRII GALLO-  
BELGICI M. GOTHAR-  
DO ARTHUSIO SUC-  
CENTURIATI,

TOMI XXV. LIBER III.

EORUM, QUAE à NUNDI-  
nis Francofurtensibus vernalibus anni 1648:  
usq; ad autumnales anni ejusdem memo-  
ratu digna passim acciderunt,  
narrationem conti-  
nens.



Mne promissum in debitum ca-  
dere, proverbio apud Lati-  
nos trito dicitur, Lector be-  
nevole. Cujus rei hoc loco  
jure memores, presentem

Januat.  
Anno  
1645,  
Guilielmus  
Laudius,  
Doctor  
Theologus,  
capite ple-  
titur Lon-  
dini Anglo-  
rum.

librum tertium cum novo anno, eoque  
supra millesimum sexcentimum quadra-  
gesimo quinto, rectè ordimur, quem tibi,  
& plures alios, felicem votis omnibus ar-  
dentissimè exoptamus. Offert se autem in  
principio statim processus ille, quem Par-  
lamentarius Lōdinensium Senatus in ter-  
tium jam annum contra Archiepiscopum





Januar.  
Anno  
1645.

4 *Mercurij Gallobelgici*

Cantabrigientem, multis cum molestiis sustinuit, describendus, cujus finem tragicus tandem executionis casus secutus est, dicto nempe Archi-Episcopo, ad 10.20. Januarii in Londinensi civitate, hominum, qui spectatum accurrerant, plus triginta millib. ad pegasus publicè extructum præsentibus, capite plexo.

Colligere hinc est, nihil hoc quidem in mundo nec firmum aut stabile reperiri, maximè verò inter homines posse, quorum fortuna in tantum est mutabilis varia & fallax, ut, dùm ad summum felicitatis gradum evecti creduntur, subito ad infimum miseræ terminum & ultimum infortunii limen detrudantur.

Exemplo sit nobis modò dictus Cantabrigiensium Archi-Episcopus, totius quòdam Angliæ Primas, Magnus Metropolitanus, nec non in incluta Regiaque Oxoniensi Academia Cancellarius, nomine Guilielmus Laudius, Doctor Theologus, homo obscuris alioquin natalibus ortus, statura brevi, quem cum Regius favor, ob insignem in illo deprehensam eruditione, ad Londinensium primò Ecclesiarum Episcopalem inspectionem evexisset, paulò post Cantabrigiensi quoque Archiepiscopatu honorificentissimè præfecit, mox e-

riam



tiam Consilarii Regii titulo ampliavit, Januar.  
summarum commissionum Praesidem cō- Anno  
stituit, & quod omnium primum est, cum 1645.  
Walliae Princeps sacris baptismi initiare-  
tur, per eundem cum cæteris ex sacro fon-  
te suscipi faventissime indulgit.

Tantus hic tantæque quondam existi-  
mationis homo, & cum ipso Staffordiæ  
Comes, Hyberniae quondam Prorex, (cu-  
jus capitale supplicium in præcedentibus  
libris amplè descriptum reperire quoque  
est.) multis abhinc annis, per Parlementa-  
rii Concilii assessores accusatus fuerat, non  
leve illum extitisse instrumentum, cuius o-  
perâ & suggillationibus maximè effectum,  
ut Rex in Politico non solum regimine,  
sed & in Ecclesiasticis sanctionibus, per-  
multa innovaret; cum compluribus aliis  
accusationibus, & querelis, quæ largo con-  
tra ipsum numero proferebantur.

Nunc igitur in tertium usque annum  
tolerata molestissimæ custodię miseriam, de-  
cidendo tandem processui, die quarto Ja-  
nuarii veteri calculo anni hujus noviter in-  
euntis, V Vest-Monasterii apud utrasque  
Parlamenti Domus sententia dicta colligi-  
tur, cuius vigore & rigore sæpè memoratus  
Archiepiscopus, quippe qui inexcusabile  
omninò læsæ Majestatis crimen commisit.



Januar.  
Anno  
1645.

let, & per hoc ipsum communis pacis turbator, ac regni patriæque proditor extitisset, suspendi damnabatur, quamprimum ante quattifariam partitus fuisset. Quæ horrenda capitis sententia, postquam pluries adducto Archiepiscopo fatali scheda significata innotuisset, iussuque esset, ut ad futurum proximè Veneris diem sustinendo supplicio se accingeret, non intercurrentibus multis horis supplicem libellum, simulque literas Regis, in quibus omnibus & singulis ejus iniquitatibus, tam criminalibus quam personalibus, quas unquam sive consilio sive facto commiserat, multis cum circumstantiis plenariè condonabatur, mense Aprili anno 1643 exaratas, ad amplissimum Parliamentari Concilii Confessum de missè deferri fecit, quæ condonativæ Regis litteræ cum publicè legerentur, atque inde patefieret, non injuria Archiepiscopum tãtorum criminum accusari, de sententiæ rigore nihil omninò cessit.

Considerantes autem Domini Judices, sæpius nominatum Archiepiscopum non postremum Parlamenti Membrum fuisse, hanc ipsi gratiam fecêre, ut ceu Nobilis moreretur, eique pro more gentis caput à cervice securi avelleretur. Decimo igitur mensis



mensis nostri die, intra stipantium militum Januar.  
 agmen ad extructum pegma traductus, Anno  
 habitu indutus Episcopali solito, sine ta- 1648.  
 men amiculo linteo, coram omnibus in-  
 fractus animo comparuit, & ultra semihor-  
 ram ex epistolæ ad Hebræos capite 12. ver-  
 sib. 1. 2. 3. solatio plenissimam ad circum-  
 stantem populum habuit orationem. Qua  
 finita, porrò nullo metu significabat, latam  
 hanc esse per Parlamentarios sententiam  
 ex frivolis vulgi informationibus, à se au-  
 tem quicquid factum actumque sit, bono  
 & sincero animo provenisse; afferebat i-  
 tem, Regem Protestantium partibus opti-  
 me favere, obsecrare, ut ea, quæ à se manu  
 conscripta secum habebat, post mortem  
 suam typis committerentur, omnibus pro-  
 miscuè postmodum legenda.

Cognoscens itaque, cùm iam orationi  
 aliquantum vacasset, spem salutis nullam  
 omninò fore reliquam, pileum denique  
 capite demissum suo tradidit famulo, qui  
 idem & in exuenda sacerdotali tunica, sub  
 qua coccinei coloris amiculum gerebat, o-  
 peram ei locavit. Paululum igitur cogita-  
 bundus ut stetit, ad populum tandem in-  
 fit: *quemadmodum caput Divi Iohannis da-  
 tum est Herodiadi, ea propter quod in conspe-  
 ctu Regis decorè salta verat, ita necesse est, ut*



Januar.  
Anno  
1645.

*meum pro sedanda vulgi insania & furore tradatur; ex animo igitur precari, ut inde secura pax & tranquillitas regno proveuiat. Quibus omnibus, non sine notabili spectarium compassione, prolatis, & vale ultimùm dicto, in genua tandem procumbēs, nullo mortis ante oculos obversantis horrore, qui quidem colligi potuisset, caput stipiti applicuit, quod cùm uno eodemque securis ictu à corpore avulsum esset, famulo eius relictum fuit, qui idem trunco assurtam postmodò terræ mandavit. Et talis quidem fuit tanti hominis & à Rege primi interitus, quo verificatum est illud Solonis ad Cræsum, Neminem ante mortem beatum dici debere.*

*Hornburgi  
Suoci in de-  
ditionem  
accipiunt.*

Sueci interea, sub conductu Tribuni Burgsdorffii, prædiariorum Halberstadii Directoris, ad communitum optimè Castrum Hornburgum accessum fecerant, cuius defensores licet se aliquandiu probè defenderent, efficere tamen nullo modo potuerunt, quin oppugnantium fierent dedititii, ex gregaria militia circiter ducentis sclopetariis ad militiam Suecicam transire iussis, Officialibus autem eorum arresto constrictis.

*Hernstadii  
domant.*

Dehinc etiam alia Suecicorum militum turma Hernstadium, quod est Silesiæ Castrum,



strum, ad obsequium redegit. Quando-  
 quidem enim praedictum illud Caesareum  
 Suecicis Glogovium maius tenentibus haut  
 leviter incommodabat, Petrus Andersoh-  
 nius, militum Tribunus Suecicus, de op-  
 primendo eo consilia inivit. Loci Praefe-  
 ctus, Legionis Mitzlaviana Pro-Capita-  
 neus, licet pertinacissime ab hostibus infe-  
 staretur, strenue tamen se defendit, praesi-  
 dio ducaxat 45. militum adiutus, nec prius  
 loco cedere voluit, quam extrema oppu-  
 gnantium vi ad deditiois necessitatem  
 redactus fuit; quo facto, cum officariis &  
 viginti tantum militibus discessit, per tubi-  
 cinem quendam ad tuta secure deductus.

Januar.  
 Anno  
 1645.

Eodem hoc anni tempore, ut quater  
 mille militum signa, ex Gluckstadiam,  
 Crempenfi & Ditmarsia praesidiis collecta,  
 Ducibus Archiepiscopo Bremensi ceu  
 summo, nec non Generali Locumtenente  
 Bauero & Generali vigilum Praefecto Ale-  
 feldio, cum tribus millibus ex Zelandia &  
 Fionia per Regni Daniae Marescallum An-  
 dream Billium adductis, in vicinia Haders-  
 lebiae vires coniunxere, continuo Ripen-  
 sium arcem, exigui alias momenti locum,  
 adorti sunt, cuius fossae quoniam ex inter-  
 sissimo, quod tunc erat, frigore, gelu con-  
 creverant, & viam invadentibus facile da-  
 bant,

Ripensium  
 Castellum  
 Danis co-  
 dit.



Januar.  
Anno  
1645.

bant, post tertio tentatum assaultum armata denique manu ceperunt, postquam 3000. militum jacturam passi essent, è contra verò universum illud 160. militum præsidium & unà Legatum Mortagnium interneccione delevissent.

*Sigenum  
stratagemate  
invasum  
intercepit.*

Nec non Sigenum Mauritius Nassoviæ Comes egregio invasum stratagemate feliciter interceptit. Accurrerat enim præter omnium expectationem ex Hollædia cum paucis duntaxat equitibus, & cum in publico quodam oppidi divertorio divertisset, certo quodam die horis antemeridianis non tantum oppidi, sed & arcis Præfectum, adhæc 2. Patres Jesuitas, & utrumque Consullem, ad se acciri fecit, quos cum humaniter admodum salvare jussisset, carnifice quæprimum subsequi jussit, arcis deditonem multa cum comminatione imperavit, qua in re tantum effecit, ut sequenti statim die prævia certa capitulatione, arx, de qua jam ante gravia prætendebat, in manus Comitit congnaretur.

*Cæsar in  
Bohemia  
novum  
stat exerci  
tum.*

Cæsar circiter hæc in Bohemia validum conflari jussit exercitum. Audivimus enim in præcedentibus, qua ratione Cæsarei comilitii vires, sub Generali Locumtenente Comite Gallaffio, ab aliquo hinc tempore, (& primum quidem ob conti-  
nuò



nno oppugnata Bernburgi ad Salam castra, Januar.  
 deinde ob inexpectatum ex illis progres- Anno  
 sum, & denique per notabilem illam jactu- 1645.  
 ram, qua brevi post Generalis Encke for-  
 dius, cum pluribus aliis majorum gentium  
 Officialibus, in hostium manus incidit: )  
 haut leviter sint attrita. Quandoquidem  
 igitur hostes, occasionem hanc probe ob-  
 servantes, suas interea copias recentium a-  
 liquot legionum supplementis providè ad-  
 auxerant, ut quantocyus cum validis mul-  
 torum millium copis per Bohemiam in  
 Moraviae Marchionatum percurrere va-  
 lerent; communitam inibi & per suos oc-  
 cupatam urbem Olmucium, quam varia  
 rerum penuria laborare constabat suble-  
 vaturi, & porro cum Ragozianis arma con-  
 juncturi, Caesar totus in eo fuit, ut ingruenti  
 malo in tempore occurreret, collectoque,  
 quamprimum fieri posset, valido exercitu,  
 hostium vires, divina favente gratia, inter-  
 fringerentur.

Quod ut feliciter succederet, die 8. 18. *Pragam*  
 Januarii Linzio solvens, Pragam venit, & *Linzio*  
 praeter Archiducem Leopoldum, univer- *transit.*  
 sam eò traxit aulam, in quam urbem die  
 14. 24. nostri mensis magno cum populi  
 applausu ingressus est. Confluxere interim  
 in illa vicinia diversarum legionum accisa-  
 rum



Januar.  
Anno  
1645.

rum reliquiarum, maximè ad diem 17. 27. præsentis Gallassianæ, quæ Parthenopole seu Magdeburgo advenerant, machinas fulminales duodecim secum advehentes. Inter cæteras, missæ in Bohemiam subsidiariæ. Bavari cohortes, 15. Januar. ad oppidum **Wald-München** accessum fecere, Ducibus Joanne Dewerthio, & Raulchenbergio, militum summis Præfectis, quorum commilitium in sequentibus signis constitit.

Ex equestri militia Gailingianæ legionis Legatus 400. equos; Colonellus Kolbius 300. Tribunus Lapiere<sup>9</sup> 400. Cohortis Fleckenstenianæ summus vigilum Magister 300. & Roseccianorum equitum Præfectus centum adduxit. Equi in universum mille quingenti numero.

Inter pedestres erant, Mahrianæ legionis Legatus cum 250. peditibus; Reischenbergianæ cum 222. Chiliarcha Goldius cum 322. Tribunus Holzius cum 308. Colonellus **Winterscheid** / cum 232 & porro Fuckermanorum signorum Locumtenens, cum 231. Quod pedestre commilitium si computaveris, pedites super mille quingentos sexaginta duos numerabis. His itaque equestri commilitio adjectis, ter mille sexaginta quinque militum copias habebis,



bis, quibus omnibus Commissarium Starz- Januar.  
häuserum adnumerato. Anno

Die 25. Januarii veteri, quarto autem 1645.  
Februarii novo calculo reliquiarum Gal-  
lassianarum legiones quatuor equestres, &  
bis mille circiter peditos per Pragam transi-  
bant, ut circa Pilsenam cum Hatzfeldianis,  
Dewerthianis, Brujanis & Sporckianis,  
sub unum militiae Cæsareæ corpus mittere-  
tur, & ita hostes, quos tunc temporis per  
districtum Satzensensem imminere rumore-  
rat, ab ulteriori in Bohemiam ingressu pro-  
hiberentur. Inter transeundum Pragam,  
Cæsarea Sua Majestas milites bono animo  
esse, & se data occasione viros ostendere  
jusserat, constitutumque erat, ut futurae ex-  
peditioni Archidux ipse interesset, post  
hunc verò Comes Hatzfeldius, ceu sum-  
mus Imperator, militiã dirigeret, Görzius  
cornu equitatus dextro, sinistro Dewer-  
thius præesset, Peditatus à Comite Suyfio,  
Honoltstenio & Domino Fœlice, regere-  
tur.

Dehinc expeditioni successus, precibus *Suppli-  
& supplicationibus ad Divos institutis, cœ-  
litus est expetitus, id quod die Solis 5. Fe-  
bruarii secūdam Gregorianum stilum Pra-  
gæ factum, solenni admodum processione  
ex arce instituta, in qua Divæ Matris Virgi-  
nis*



Januar.  
Anno  
1645.

nis eximium quoddam simulacrum, cuius nuper Sueci Brandisii fuerant potiti, Cæsar autem 2000. florenis redemerat, portari ostentarique cernebatur, quibus solemnibus Cæsar non solum & Archidux, quin etiam quicunque aulae Cæsareæ Primates ex devotione interfuere.

*Suecorum  
in Bohemiã  
expeditio.*

Dum hæc à parte Cæsatis fiunt, Torstensohnius suarum quoque rerum providus satagebat. Conclamatis enim ad Zeitzam oppidum, ubi castra metatus fuerat, militum vasis, cum, inter habitos nuper delectus, sedecim millium armatorum quæ pedestri quæ equestri exercitu se valere deprehendisset, castra illinc movit, & itinere primum versus Annebergam instituto, paulatim Bohemiæ finibus universas copias admovebat, intra Bresnitzium, Joachimi-Vallem & Neodeccam pleno agmine imminens. Erat tunc viarum summa difficultas; proinde cum aliter non posset, grandiores machinas, quarum in universum octoginta secum habebat, trahis per montium altitudines provehi mandavit, quod ut bene successit, primariam castrorum stationem Satzii locavit.

Commorantibus autem in Pilseno districtu Cæsarianis, Torstensohnius die solis 9. 19. Febr. ad Cadenum copias suas per flumen

men



men Egram traduxit, ea nocte ad Wascha-  
vium, Villomutium & Radenicum substi-  
tit, diem Lunæ Baudersamii & in vicinis  
locis transegit, proximo die Kitschii & Lu-  
titii; die Mercurii Misæ & Pilsenæ castra  
posuit, partis utriusque copiis postridie e-  
jus die adeò inter se vicinis, ut de pugnae a-  
lea concertaturæ viderentur. Quoniam  
autem Cæsarei commodiori ad pugnan-  
dum loco confidebant, Sueci versus oppi-  
da *Bischoffsteunig* & *Glattau* progressi  
sunt, quibus Cæsarei suas continuo legio-  
nes à latere adjunxere, donec tandem o-  
mnis hæc actio in cruentum desuit prælium,  
cuius processum mox infra pluribus refe-  
remus.

Mensis hic paulatim senescebat, cum  
Galli ad communitum bene oppidulum  
*Ober Ursell* / quod sesquimilliaris itinere  
à Francofurto distat, temeritatis suæ egre-  
gias pœnas dederunt. Postquam enim vil-  
lam & arcem *Hothemium* infra *Höchstam*  
sine negotio occupassent, Moguntinensis  
præsidii *Ephorus*, Comes *Curvallius*, sex-  
centorum circiter militum copias, 20. Jan.  
ad dictum oppidum porrò deduxit, lo-  
cumque sibi dari per certum mandavit. Ut  
autem *Mandesloicæ* legionis quidam si-  
gnifer, cui præsidiariorum & loci inspectio  
iacum

Januat.  
Anno  
1645.

Galli ad  
Ursellas  
proba mul-  
tati.



Januar.  
Anno  
1645.

incumbebat, deditioem recusavit, Curvallius continuo equidem Wickeram & Flerhemiam recessit, sequenti autem die, cum parum validiore militum numero, & adfutis duabus machinis revertus est. Eo itinere Cronbergam pariter de deditioe sollicitavit, verum nullo effectu. Post suas ad Ursellas stationes munitionum operibus firmari, quo facto, rem ex machinis gerere 22. Jan. occupavit. Collegit interim eo ipso die Dominus Mandesloius, Hœchstanoorum in illa vicinia Praefectus, ducentorum aut circiter equitum cohortem, quam cum duabus machinis minoribus à se dimiserat, ut tentato, ubi ubi esset, impetu & incursum, Gallos, quorum valida manus ea nocte ex castris exierat Moguntiam, aliarum nempe tormentarium apparatus, ab obsidione diverterent. Frustra hac in re laboratum est, Gallis obsessos, 24. Jan. continuo machinarum assultibus acerrime instantibus, Mandesloius, qui rem hac in parte sollicitè curabat, nulla mora alias cogit copias, nimirum 160. equites, cum quibus ex Kônigstemoniano praesidio 90. sclopetarii se junxerunt, quos eo adhuc vespere, cum certa com meatu tormentarii quantitate, ad Ursellas dimisit. Circiter duodecimam igitur intempestæ noctis horam, antè  
oppi-



Januar.  
Anno  
1645.

oppidum obfessum omnis multitudo con-  
venit, furtim adeò intromissa, ut ne tale  
quid Galli suspicarentur quidem; ubi post-  
quam per unius & alterius horulæ spatium  
lassatæ non nihilum ex itinere vires restau-  
ratæ sunt, illucescente demum die pleno a-  
gmine ex oppido prorupere, Gallosque,  
qui, subodorata forsitan astutia, paulatim  
discedere instituerant, adeò probè multa-  
runt, ut Curvalius, nec non legionis Nedo-  
Rosianæ Legatus, & Durlachianæ cohortis  
vigilum Præfectus, cum paucis equitibus,  
vix salvi evadere potuerint. Inter illos, qui  
pugnando occubuerunt, erant, Legionis  
Rufwurmianæ quidam equitum Præfe-  
ctus, Elias nomine, duo Gallicanæ natio-  
nis Centuriones, nonnulli Vicarii, & signi-  
feri, & ex gregaria militia centum circiter  
commilitones. Captivorum numerus ad  
ducentos excurrit, quos inter numerati  
sunt duo equitum Magistri, Capitanei duo,  
& alii minorum gentium Præfecti. Propu-  
gnatores non nisi quatuorprehendebat  
laucios, Malkoffskyanæ autem cohortis si-  
gnifer equestris, & Corporalis unus ex  
Werthiana legione cæsi occubuerunt.  
Machinas utrasque Mandeslous Hœch-  
stam devehit, ibidemq; diversis earum  
dispositionibus se victorem ostendit.

B

Ingen-



Januar.

Anno

1645.

*Damna, ex  
ventorum,  
incendiorū  
& inunda-  
tionum tē-  
pestatibus  
diversis in  
locis con-  
tractas*

*Grange op-  
pidum igni-  
bus depasci-  
tur.*

Ingentia verò damna hoc anni noviter ingressi tempore contracta scribuntur, ex ventorum vehementius conspirantium altitibus, incendiorum gravitate & aquarum inundationibus diversis locis illata. Literis primo Februarii Basileæ exaratis certissimus, urbem illam proximè præterlapso die Saturni (erat autem ille 19 29. Januarii:) insolitæ ad ò vehementiæ procellam infestasse, quâ in unica illa civitate plus ducentorum millium florenorum jactura contracta sit, non computatis damnis, quæ Alsatia & universa Helvetiorum regio sensit. Brisaci nullas f. xē ædes ab hac plaga immunes fuisse, quin non paucos omninò corruisse.

Hac eadem procellarum turbinumque injuria, oppidulum Grange, prope Montem Beligarti, unâ cum adjuncta arce, igni depastum est: Clerovalli autem haut paucæ civium ædes ruina in cineres subsedere non sine dolenda incolentium clade & interitu. In Türgoia vicinia Dürberga, arx novissimè propè Rheinfeldiam ad Ottersbergam exædificata, per assiduos procellarum insultus in terram dejecta perhibetur. Apud Bernates, è turri quadam lapides aliquot grandiores proruerunt, ita ut ex eorum pōdere & gravitate templi fornix perforare-



foraretur, & lapides inter subsellia deside-  
 rent. Genevæ Rhodanum procellæ à fluxu  
 suo in tantum cohibuere, ut sicco quasi pe-  
 de ab una in alteram civitatem transire li-  
 ceret. Templum Divo Petro Sacrum, &  
 curia, relictis ferè nudata stabant. Adhæc  
 Rupellani, jacturam navium, hac tanta  
 tempestate in portu suo & vicinis maribus  
 fractarum, cum uno auti millione æstimas-  
 se scribuntur. Nec minus hac cœli injuria  
 apud Pictavienses vix quatuor horarum  
 excussu plerasque domus & templa subi-  
 to corruisse intelligimus, hominum utrius-  
 que fortunæ non paucis miserimè contu-  
 lis. At ipse insecutos proximè terræ motus  
 restantibus adhuc salvum ædificiis & tem-  
 plorum structuris tantum damni intulisse,  
 ut nonnullæ turres corruerint, & mundi  
 finis instare crederetur. Viennæ apud Au-  
 strios, in Magni Christophori diversorio,  
 per stabularii cujusdam incuriam, incen-  
 dium quodam in equili suscitatum publi-  
 cè erupit, quo non ipse solum & equi, sed  
 & vicinæ domus duæ in cineres & favillas  
 redactæ sunt. Pnixia, Bohemiæ oppidum,  
 cum Suecorum assultibus frustra & in va-  
 num repugnaret, domita denique inter  
 flammæ & Vulcani opera cõquievit. Quin  
 etiam Amstelodamo certiores facti sumus,



Februar.  
Anno  
1645.

*Heldrunga  
Arx cum  
Hassiacis in  
transactio-  
nem venit.*

illa in urbe sumptuosissimum illud templū,  
quod Novum dicebatur, conceptis igni-  
bus penitus conflagrasse: cui adde ingens  
illud damnum, quod Tychopolitani pro-  
ximè evoluta Decembri per diluvia passi  
sunt, Hæc de Januario dicta sufficient.

Initium Februarii faciemus à deditio-  
ne arcis Heldrungenſis; quæ cum vicinis re-  
gionibus, Thuringiæ pariter & Misniæ, per  
crebras præſidiariorum excursions, haut  
leviter incommodaret, ea causa Torſten-  
ſohnius, belli Suecici summus Moderator,  
Geysio, partium Hassiacorum Maiori Ge-  
nerali, quem alias vigilum Præfectum ap-  
pellare solent, in mandatis dedit, ut muni-  
mentum illud vi armorum invaderet, ex-  
pugnatumque ad habitandum inutile red-  
deret. Ad 7 17. Januarii diem obsidionis i-  
nitium fiebat, cujus Præfecto Wolfgango  
de Cruce, Legato, cum deditio per certum  
quendam injungeretur, nec ille audiret,  
hostili modo tractatus est adeò quidem, ut  
die 3 13. Febr. quo constitutum erat, uno  
eodemque omnium assultu arcem oppu-  
gnare, in deditioem prævia novem arti-  
culorum capitulatione consentiret, sequen-  
ti demum die cum 145. peditum, equitum  
vero 36. duntaxat præſiditio commilitio  
Egram deductus.

Quinto



Quinto Februarii die quidam in Cæsa- Februar.  
rea militia equitum Præfectus Nicolaus, Anno  
quem vulgo nigrum appellant, 120. equi- 1645.  
tum subsidio adjutus Budstadium de no- *Hassiacis*  
cte incurrit, disiectoque continuatis ma- *Budstadii*  
chinarum equestrium effulminationibus *insultatur.*  
prelidiarii corporis ordine, & superatis mu-  
ris, incendiarias oppido pilas immisit, ut  
inde conceptis ignibus octo ædes, vexil-  
lum unum equestre, & nonnulla alia su-  
pellectilia subito conflagrarent. Hac im-  
provisa oppidi interceptione, in quo Has-  
siacorum militum cohortes duæ equestres  
hospitabantur, legatus quidam primarius,  
equitum item Præfectus unus, alterum  
quoque vexillum, nonnullique militum  
cum generosioribus equis in Cæsareorum  
manus inciderunt.

Non possumus, Lector, quin in præsen- *Ioan- Chri-*  
tiarum enarremus detestabile illud, inhu- *stophorus*  
manum & ferè inauditum latrocinium, *Cobius &c.*  
quod præsentis mensis Februario in Celsis- *indigna ca-*  
sini Hassiæ Landgravii Georgii quondam *de necatur.*  
Consiliario, & Dynastiæ *Itter* Præfecto,  
Domino Johanne Christophoro Cobio,  
nec non, qui ei adjunctus fuerat, equestri  
quodam signifero, temerariè perpetratum  
est, cujus occasio talis fuit.

Ablegaverat prædicta Sua Celsitudo,  
B 3 die



Februar.  
Anno  
1645.

die Jovis ; 0. Januarii, veteri calculo, memoratum Dominum Cobium ad Regis Galliarum Locumtenentem Generalem, Dominum Pro-Comitem Turennum, qui tunc temporis Moguntia commorabatur, atque illinc ulterius ad militiae Gallicanae Tribunum Rulvurmium, Elfeldia degentem, ut gravissimis illis pecuniarum exactionibus, quas solvere Sua Celsitudo & ejus subditi jussi fuerant, deprecando & exhaustarum terrarum impossibilitatem ostendendo medelam aut lenimen solum quaereret. Accidit autem, ut eodem tempore Hassiae inferioris quidam Legionarius Legatus, Ratschin dictus, qui Principis illius Deputatum se dicebat, & nuper Alfeldia aliquandiu, quod est superioris Hassiae oppidum, in hospitio vixerat, apud eundem Rulvurmium Elfeldia in Ringovia ageret, qui sumptam apud dictum Tribunum coenam, ad quam Hassiacus Deputatus pariter fuerat invitatus, eundem nulla omnino data causa, injuriolis admodum verbis, & acribus cavillis, laceffere non destitit, nec, posthabitam quavis Hassiaci Deputati moderatione & affabilitate, acquiescere voluit; cui & Dominus Cobius denique, cum cavillandi injuriandique finem non videret, in faciem dicere non veritus est,

est,



est, quoniam probè deprehenderet, Lega- Februar.  
 tum rixandi ansam quærere, seque capillis Anno  
 quasi attrahi, quapropter fore, ut sequenti 1645.  
 die rem & litem cum ipso componere no-  
 verit. Increpatur interim acriter per Tri-  
 bunum Rulvurnium Ratschinius mone-  
 turque, ut ab eiusmodi importunitatibus  
 suo in hospitio abstineret, & Domino  
 Cobio, ceu integræ fidei viro, quem Cel-  
 sissimus Hassia Landgravius, certis cum  
 commissionibus, legionem suam concer-  
 nentibus, ad se dimisisset, eiusmodi injuriis  
 & cavillationibus parceret, sin minus, fore,  
 ut nolens volens aliis mediis utatur: qua a-  
 mica correptione Legatus non tantum nõ  
 fuit deterritus, quin potius acrius in Do-  
 minum Cobium invehebatur, donec velli-  
 catis invicem brachiis ambo ad ostiũ pro-  
 dirent, ut eo adhuc vespere rem duello de-  
 ciderent, quod ne fieret, Tribunus Rul-  
 vurnum unum ab altero separando sollicitè  
 providit.

Cobium itaq; per fores exeuntem, Le-  
 gati tubicen stricto ense insequi cogitave-  
 rat: quem tamen Rulvurnius retrahendo  
 denuò impedivit, & ne vim ullam innocuo  
 inferret, graviter interdixit; Legatum autè  
 qui Cobium persequi extremum laborans,  
 per fenestram ideò se dimittere nitebatur,



Februar.  
Anno  
1645.

sæpè dictus Rusvurmus in tantum remora-  
ratus est, quò minus malam suam intentio-  
nem ad opus deducere valuit, tanto inte-  
rim apud animum furore correptus, ut in-  
excusabilia hæc comminationum verba e-  
vomere non dubitaret, fore, ut Celsissimus  
Hassia Lādgravius Georgius quinquagin-  
ta pagorum jactura hoc lueret. Porro visa  
in Cobium irruendi commoditate, in cu-  
biculum quoddam proruit, cujus foribus  
Cobius vicinus adstabat, qui, ut sibi ex illa  
parte probè caveret, ne forsàn subito op-  
primeretur, per Rusvurmum amicè fuit  
commonitus, cui Cobius respōdit, in eum  
eventum haut sibi fore illicitum, vim vi re-  
pellere. Posthæc, Colonellus Rusvurmus  
Cobium rogari fecit, cùm Legatum mentis  
suæ adeò impotem, tantoque furore corre-  
ptum videret, ut hac saltem vice conspe-  
ctui ejus se subduceret, atque in inferius  
hypocaustum descenderet, quò ita infor-  
tunium, quod emergere alias posset, cautè  
evitetur; quibus monitis Cobius facilè as-  
sensit, Legato Ratlchinio paulò post etiam  
in lectum se conferēte, Rusvurmus cùm  
facilè cognosceret, negotium hoc in hunc  
modum haut fore compositum, quin po-  
tius postero die in duellum exiturum esse,  
quapropter domesticis suis serio injunxit,  
ut,



ur, quamprimùm cognituri essent, inter u-  
 trosque prævia provocatione duellum de-  
 cerni, hoc sibi ocys significaretur. Vix illu-  
 xerat dies, cum ecce Ratschinius Legatus  
 in Rulsvurmii cubiculum progressus ad  
 lectum eius veniam commissorum expe-  
 tebat, cui Colonellus respondit, hanc à  
 Domino Cobio potius posceret, quippe  
 quem, nulla data occasione, summopere  
 offendisset: ad quod Ratschinius replicuit,  
 rem salvam esse, si modò Domino Tribu-  
 no non fuisset molestus: quantum concer-  
 nat Cobium, se ipsum sustinendo duello  
 inidoneum prorsus iudicare, cuius tamen  
 valor & virtus longè aliud postmodum o-  
 stenderunt. Adhæc Rulsvurmius sugges-  
 sit, nec se quidem in hospicio hoc suo un-  
 quam permissurum, ut duorum Princi-  
 pum Commissarii duello publico congre-  
 dianur. Quoad Dominum Cobium, nul-  
 lum se dubitare, quin eiusmodi iniuriam  
 nullo modo devoraturus, sed potius eius  
 ulciscendæ occasionem in commodius tē-  
 pus & locum alium sit dilaturus. Jam igitur  
 VALE apud Rulsvurmium dicto, Ratschi-  
 nius proxima via Dominum Cobium ob-  
 vium habet, quem eiusmodi verbis com-  
 pellat, *Domine, talem vos esse iudico, qualem  
 vos heri vesperi dixi, nisi illud, quod vobis tunc*



Februar.  
Anno  
1645.

*accidit, manutenebitis*: cui Cobius illicò re-  
spondit, ex ea ipsa causa ecce me listo; qui-  
bus dictis, ad fores cubiculi Domini Rus-  
vurmi progressus illū in clamat, rogans ut  
equū & par machinularum sibi sufficeret,  
se enim, ut sciret, suos equos & machinas  
Moguntiae reliquisse, illinc prono Rheno  
Elfeldiam navi de vectum, cui Rusvur-  
mius hoc responsi dedit, parumper saltem  
expectaret, venturum se ocyus, id quod e-  
tiam factum. Non itaque unius duntaxat,  
quin imò omnium suorum equorum u-  
sum Cobio condixit & obtulit quidem  
Rusvurmius, sed & simul rogavit, ut à  
proposito suo desisteret, se enim in hospi-  
tio suo eiusmodi inconvenientia ut fiant,  
permittere non posse. Quando quidem au-  
tem Ratschinus Legatus ad harenæ locum  
iam progressus fuerat, Cobium in Rheni  
littore avidè expectans, illuc quoque Rus-  
vurmius extemplò concessit, Legatum-  
que, ut decretum duellam intermitteret,  
amicis verbis porrò hortatus est; qui Co-  
lonellum instanter denique rogavit, pede-  
stri saltem duello ut congredierentur con-  
cederet, in quod tamen Rusvurmius iti-  
dem consentire noluit. Interea Cobius à  
Ratschinio denuò provocatur, qui virtu-  
tis suæ conscius, in conspectum antagoni-  
stæ sui



ita sui profiliens, pedestri duello se ipsi sa-  
 tisfacturum dixit, in quem Ratschinus si-  
 mul stricto gladio irruit. Cobius ut hostem  
 suum duello accinctum vidit, cum chлами-  
 de se exuisset, evaginato suo quoque gla-  
 dio, vim futuram à se ut propulsaret, cautè  
 providit. Usus igitur antiquo valore suo,  
 Ratschinio virum non solummodò se o-  
 stendit, verùm ad aliquot passus retroce-  
 dere eundem compulit. Hinc, cum iner-  
 mis advenisset Rulvvimius, cæteris, qui  
 spectatum accurrerant, sui commilitii Of-  
 ficialibus in mandatis dedit, ut unum ab  
 altero interventu suo separarent, cui etiam  
 dicto audientes fuere Officiarii. Quam-  
 primum autem Legatus vulnere se nonni-  
 hil saucium circa nasum deprehendit, ex  
 concepto inde furore gladium suum iaculi  
 modo in Cobium manu emisit; quem etsi  
 Cobius (ex iudicio eorum, qui duello in-  
 terfuere:) ut hostem suum capitalem tra-  
 ctare, eique, ceu ex temeritate sua inermi,  
 ferrum per costas adigere potuisset, animi  
 tamen discreta moderatione uti, quàm  
 hominis temerarii profuso sanguine suam  
 commaculare & gravare cōscientiam ma-  
 luit, hostilitatis adversus ipsum nihil am-  
 plius gerens.

Quanquam igitur, commisso in hunc  
 modum

Februar.

ADNO

1645.



Februar.  
Anno  
1645.

modum duello, negotium omne compositum crederetur, & paulò post Dominus Cobius, expeditis, quæ sibi à Principe suo commissa fuerant, apud Rulsvurmium valediceret, ut Moguntiam navi rediret; eundem tamen Hassiacus hic Legatus, cum in lintre quadam piscatoria pleno flumine Walluffium versus proveheretur, cum equitibus aliquot, summa cum festinatione, & sub prætextu, quasi ad corporis sui Walluffii commorans quadraginta equitum præsidium conscensurus esset, clam & nemine insidias advertente eò usque insecutus est; cujus adventum cum in certo quodam loco ad Rheni ripam opperiretur, visa lintre, qua Dominus Cobius vehebatur, ut appelleretur ad littus voluit. Cum dicto audientes non essent, qui in nave erant, sed potius sublato malo, Legati complicibus attrahendæ in continentem per annexam malo cordam lintris facultatem adimerent, ita ut navis in terram firmam trahi non posset, Legatus cum septem militiae suæ asseclis, quorum singuli expeditas machinas & sclopetula in equis usu venientia manibus gerebant, relictis equis, illicò in aliam cymbam se contulit, & porrò Commissarium hunc Darmstadinum (qui sine ejusmodi armatura, & cum unico duntaxat

xat



xat equeſtri ſignifero ex prætoria Principis Februar.  
 cohorte, Johanne Conrado Dracone, fa- Anno  
 mulo itẽm uno, & juvene piſcatore ad gu- 1645.  
 bernaculum ſedente, in navi erat, nec de  
 violenta ejuſmodi invaſione quicquam ſu-  
 ſpicatus fuerat: ) pleno curſu, & primũm  
 quidem perſuadendo nautis, de certæ pe-  
 cuniæ ſumma inter partes conveniſſe, quæ  
 prior in alteram Rheni ripam exponatur,  
 mox autem, cũm flumen trajicere labora-  
 rent, multis cum comminationibus, & ap-  
 plicatione ad capita ſcloppetorum adigen-  
 do, ut proſo flumine deſcenderent, inſe-  
 cutus eſt, nec tantũmodo cæteros in ripa  
 relictos equites, ut ſua in anteriorem na-  
 vem ſclopeta exonerarent, juffit, id quod  
 etiam ſine damno licet, fecerunt; ſed & ipſe  
 quoque, quamprimũm Deputati Darm-  
 ſtadini lintrem aſſecutus fuerat, eidem  
 (poſthabita omni ejus ceu oppreſſi incla-  
 matione, & dehortatione, ne vim ſibi,  
 quippe ex quo parum exiſtimationis ad i-  
 pſum redundaturum eſſet, afferret, quin  
 potius vitæ gratiam ſibi concederet, ſpre-  
 toque, quòd in idem periculum involutus  
 ſignifer diceret, ſe nunquam viri honeſti  
 conſpectum fugiſſe; nec hanc rem ad ſe  
 attinere; & ſi contingat, ut in hoc paſſu vio-  
 lenter, & ſine permiſſione ullius deſenſio-  
 nis,



Februar.  
Anno  
1645.

nis, ab iplo occidatur, ante tribunal Christi ut ibi rationem reddat, citatū velir; ) bombardulam equestrem multis cum cavillis capiti admovit, qui iētus cum nescio quo vitio esset frustraneus, correpta illicō altera machina, ex displotione ejus Darmstadinum binis supra dextrum oculum immisissis globulis prostravit, ut illicō animam efflaret. Inter hæc & signifero vis illata, quem Legati complices gemino iētū interfecerunt. Quod autem animi ab omni humanitate remotissimi indicium est, Ratschinus in trucidata jam & prostrata corpora porrō sævire non desit, quin suos, ut bombardas liberè in exanimis disploderent, verbo & exemplo monuit. Deputatus Darmstadinus quatuor exceperat lethales iētus, primum super oculo dextro in cranio, glande plumbea in media circiter verticis parte exitum quærente: secundum in leva colli parte per ventrem: tertium in dextro humero, qui pariter ad ventrem declinabat; & quattum in latere dextro versus dorsum ex binis glandibus: in signifero autem gemini iētūs vestigia appatebant, unum in capite, alterum in sinistro latere, quæ femur se exerit.

Non attendens etiam Legatus Ratschinus, inhumanum & toto hoc bello inauditi



diti exempli scelus se commisisse, tanto Februar.  
 non acquievit flagitio, quin suos in clamā. Anno  
 do monuit, viderent benè, an ullum vitæ 1645.  
 adhuc superstitis signum in Darmstatino  
 Deputato observari liceret, quo deprehē-  
 lo, gladiatorum compunctionibus vitales  
 spiritus ex senianimi corpore porrò pelle-  
 rent. Dehinc Cobio chlamidem quoque,  
 pileum, gladium, litteralia documenta &  
 alia, imò quicquid æris secum habebat, au-  
 ferri mandavit; cùm autem in trucidati  
 Commissarii marsupio aurum deprehen-  
 deret, sibi illud ipse servavit. Cædibus igi-  
 tur tam fœdè perpetratis, cùm conscensis  
 equis ad hospitia sua redituri essent autho-  
 res, ecce Ratichinius, tragœdiæ hujus actor  
 primarius, interfecti Domini Cobii famu-  
 lum in navi hærentem ulterius in clamat,  
 securè modo navigaret, Landgravioque si-  
 gnificaret, se Principis Hassiæ Inferioris  
 Legatum eorum omnium, quæ facta sunt,  
 authorem imò factorem ipsum extitisse,  
 quibus dictis ocyus se proripuerunt.

Difficulus sanè credi potest, quàm  
 gravissimè horrendum adeò latrocinium,  
 & indignus duorum benè fidelium mini-  
 strorum interitus, non solum Principis  
 Georgii Hassiæ Landgravii, nec non dilecti  
 Domini Fratris, Domini Johannis, &c.  
Celsa



Februar.  
Anno  
1645.

Celsitudines, & Domum Hassiaco-Darmstadinam, imo universam eorum aulam, punxerit: quin & Celsissimam Hassiæ inferioris Landgraviam viduam tam nefario facto haud leviter commotam asserunt, uti quod summo operè improbavit.

Ad diem Solis 2. 12. Februarii Russelsheimio utrorumq; interfectorum corpora Darmstadio, ubi Principis aula est, illata sunt, quorum signifer biduo post, Dominus Cobius autem septimo Februarii ibidem, non sine conspicua Principum, Procerum aulicorum, & incolarum piè lugentium frequentia, ad dormitoria sua efferebantur.

*Königsmar-  
cus commi-  
lidium suū  
in Archi-  
Episcopatū  
Bremensem  
deducit.*

Sub id tempus Königsmarcus, nuper vigiliū Generalis Præfectus (quem Sueciæ Regina hisce diebus Generalem exercituum suorum Locumtenentem constituerat, necnon Generali quondam vigiliū Magistro Wittenbergio, in defuncti Generalis Stalhansii locum suffecto, ejusdem muneris onus, Wrangelio autem generalem rerum castrensiū inspectionē commiserat) in mandatis accepit, ut stativa occupaturus legiones suas in Archidiecepsi Bremensem deduceret, illumq; districtum ab hostibus Suecorum tutū redderet: qua  
de causa



De causa Capitulo illi Königsmarcus in Februat.  
quentem modum icriptisse perhibetur: Anno

Anno

1645.

Litera Kö-

nigsmarci

ut ad Capitu-

lum.

Reverendissimi, Pranobiles, Amplissimi,  
Domini mei honoratissimi &c. Non dubito, quin significatum jam ante vobis sit, quare ratione ex jussu superiorum in itinere sum, ut commilitio meo de hospitibus in hoc Archiepiscopatu non provideam solum, sed & eundem a Corona Suecia inimicis & hostibus securum prestem. Cum verendum itaque sit, ne terris hisce ingentia inde damna proveniant, dum nullus dubito, quin unus & alter locus in hoc difficulter sit consensurus, ego vero, quantum ad me attinet, Archidiecepsi huic nunquam male volui, quin potius sedulo curavi, ut omne malum ab his quidem partibus diverteretur & inter Status firmus animorum consensus stabiliretur, prout de hoc littera mea iterata testes esse poterunt; & vero optima mea propensio semper delusa est, metuo quidem, ne ingratitude sua Archiepiscopatus hic notabiles penas daturus sit. Ut autem de Regia sua Maiestatis optima intentione securi esse possitis, quod quidem potui ratione sedulus providi hacq; in re conscientia mea consulere volui, liberum vobis relinquens an certum quendam ad me dimittere velitis, qui mecum de certo tributo in singulos menses tractandi facultatem habeat, quo in Suecia Corona exercitui commodius subve-



Februar.  
Anno  
1645.

*Subveniatur: & cum certi districtus & loca haectenus quidem immunita esse voluerint, tributi exacti necessitatem a se quoquo modo propellentia, ut eo nomine, de quo iam ante in scriptis convenit, nunquam verò ab eo tempore observatum fuit, debita satisfactio fiat, & neglecta accurate exsolvantur.*

*Quin etiam necessario cavendum erit, ne commilitio Regio Suecico ex archidiecepsi hac damna & incommoda, quo etiam fieri modo hoc posset, attrahantur, & securitatis causa certus locus eius presidio cedatur. Quo facto, decretum est, universum hunc Archiepiscopatum ab omnibus hostilitatibus immunem prestare fiet etiam, ut tali modo Dominationes vestrae in possessionibus suis securè confidere, patria sua optimè de quiete & tranquillitate providere, necnon apud seram posteritatem rerum suarum cautè gestarum dignum praeconium demereri possint: cum è contrario verendum sit, ne terrarum similiter & fortunarum quarumvis inevitabilem iacturam patiantur. Vestrum itaque deputatum exspecto in brevi, & priusquam legiones Archiepiscopatus confinibus admovero, certior esse volo, quid rei facturi sitis. Quod reliquum est, Dominationes vestras Divina protectioni commendo.*

Jan-Christophorus à Königsmarck.  
Ostervico 18. Jan. 1645.

De hoc



De hoc Königsmarci petito cum Capi-  
 tularis ad Dominum Archiepiscopum re-  
 ferri fecissent, informarique peterent, quid  
 hac in re agendum esset, hoc responsi acce-  
 pisse dicuntur, facerent id quod vellent.

Februar.

Anno

1645.

Bremensis

Diocesis

Suecorum

viribus

subjacet.

Stada ex-

pugnatur.

Licet etiam inter memoratum Königs-  
 marcum & Archiepiscopatus Bremensis  
 ordines de certa & tolerabili summa tribu-  
 ti nomine in menses solvenda convenerit,

nec tamen incolæ promissis satisfacere vel-  
 lent, ea propter die 13. Februarii circa sex-  
 tam vespere Königsmarcus universas sui  
 exercitus legiones adduxit, ea nocte subur-  
 bium non sine difficultate, at cum paucor-  
 um militum occisione expugnavit, altero  
 autē Stadæ admovit, urbemq; ipsam ferro  
 & igni acerrimè oppugnatam ad obsequi-  
 um redegit. Facta igitur deditio, quin-  
 genti Archiepiscopales milites ad signa  
 Suecorum transire iussi sunt, horum verò  
 Officiales arresto detenti. Dominus Mare-  
 scallus, quem vulgo Landdrosten ap-  
 pellant, Reinkingium quoque Archiepi-  
 scopo aliàs à libellis, (quem ex mandato  
 Königsmarci Mindam deductum aiunt, ut  
 cantata eorum, quæ in Manifesto Dani-  
 co contra Königsmarcum & alios Maris  
 Suecici affectas Præfectos temerè scripsisse  
 fertur, palinodiâ, libertatem decem Impe-  
 rialium



Februar.  
Anno  
1645.

rialium millibus redimeret:) duo alii Archiepiscopales consilarii nempe Helmerus & D. Gravelius, captivitatis necessitatem inierunt. Intercepta sunt archiva & grammatophylacia Episcopi, nec non ablata signa quælibet & vexilla militum. Præter hæc & tormentarii pulveris ultra centum quadraginta centenarii, machinæ fulminales ex metallo viginti duæ, & plus quadraginta ex ferro fulæ, duæ catapultæ igniariæ, viginti sex generosiores Archiepiscopi equi, eiusdem & conjugis rhedæ propriæ, unâ cum inaurato illo carpento, quo novella sponsa in vehi solebat, & centum quinquaginta delicatiores lecti, in Königsmarcianorum manus inciderunt. Cives, ni diripi mallent, viginti Imperialium millia numerate iussi fuerunt, quam tamen ingentem pecuniæ summam maiori numero imminutam ex instanti deprecatione asserunt.

*Buxtehuda  
& Bremer-  
vrda.*

Ad decimum octavum Februarii Buxtehuda, machinis necdum detonantibus, Königsmarcianorum arbitrio concessit, cuius præsidarii ducenti circiter Archiepiscopales milites, Suecis militare compulsi sunt. Pauld ante vim hanc intentam, civium nonnulli ut pretiosorem suppellectilem, viginti florenorum millibus

bus



bus æstimatam, Hamburgum deveherent, Februar.  
in opere erant, qua in re cùm non cautè a- Anno  
gerent, eo itinere in Suecorum quoq; ma- 1645.  
nus inciderunt.

Intercepta itaq; Buxtehuda maior belli  
moles in Bremervedam devolvitur, quæ  
munitissima alioquin Archiepiscopi sedes  
& arx licet probè aliquandiù defenderetur,  
cavere tamen non potuit, quin die 4. 14.  
dedititia fieret, pulveris tormentarii, ut a-  
iunt, penuriã deditiois necessitatem im-  
ponente.

Inter hos successus, V Wrangelius belli  
Dux Suecicus sub initiũ Februarii curica-  
lam, quod proverbio dicunt, probè curavit  
Hamburgi, per biduum quidem illa in ur-  
be hilarem ad modum se ostendens; cujus  
Magistratus cùm prædicto Wrangelio vi-  
num & alia ex more offerri fecisset, sexto  
demum Februarii circa duodecimã in me-  
ridie castra Altenavia movit, & cum adjun-  
cti cõmilitii signis proxima via Pinneber-  
gam iter iniit, postquam ejus equites Ham-  
burgi de quovis necessario sibi abudè pro-  
vidissent, Jussu ejus pons ille, quem supe-  
riori anno Rex Daniæ in præjudicium ci-  
vitatibus Hamburgensis Altenaviæ extrui  
mandaverat, tota sua mole dejectus est, ut  
non nisi sublicia ex illo relinquerentur.

Quinto Februarii inter ejus cõmilitii Dani affli-



Februar. affeclas & Danos, sub conductu Generalis  
 Anno Baueri, & Claudii Alefeldii, acriter con-  
 1645. cursum est, quo pertinaci conflictu Dani  
 guntur de- trecentorum aut circiter armatorum jactu-  
 nuo. ram fecerunt. Claudius Alefeldius etsi tri-  
 ginta equitum satellitio stipatus fuga sibi  
 consulere laboraret, per Sueco- Wrangeli-  
 anos tamē ab itinere interclusus pugnam  
 statariam effugere non potuit, qua occa-  
 sione ex accepto in collo vulnere paulò  
 post vita excessisse scribitur, equo ejus per  
 velitem quendam in prædam obtento.  
 Baueri, vigilum Generalis Præfecti, equus,  
 (ex quo desilierat, & per aquariam quan-  
 dam fossam in munitionem Elmshornia-  
 nam transfugerat: ) in Præfecti cujusdam  
 equitum manus incidit, militibus autem  
 Wrangelianis in genere opima sanè spo-  
 lia, utpote collobia, chlamydes sericæ &  
 quadringenti circiter equi relictæ sunt.

*Tractatū  
 pacis inter  
 Suecos &  
 Danos com-  
 ponenda  
 principium.*

Eodem anni tempore & ad institutos  
 Bramblebri inter utrasque Sueciæ & Da-  
 niæ Coronas pacis componendæ tractatus  
 paulatim accessum est. Postquam enim u-  
 triusque partis Deputati, Danorum qui-  
 dem nomine, regni Daniæ aulæ Magister,  
 Regius Cancellarius, Dominus Christo-  
 phorus Uhren, & D. Georgius Seefeldius;  
 Suecorum verò, regni illius Cancellarius

D.O-



D. Oxenstirna, D. Johannes Schütterus, Februar.  
Thuro-Bielckius, & D. Matthias Sophius, Anno  
unâ cum Gallorum Regis & confœderati 1645.  
Belgii Ordinum Mediatoribus, octavo  
præsentis mensis in confinibus convenif-  
sent, Suecici quidem Commissarii per cer-  
tum Nobilem Danos de adventu suo cer-  
tiores fecerunt, tandem verò, cum Domi-  
ni Mediatores officio suo semel atque ite-  
rum inter partes functi essent, præsentes  
inter se collocuti sunt, primo congressu in  
Bramsebensium ponte, qui Daniam à  
Suecia determinat, facto, non sine decora-  
cæremoniarum hinc inde vilarum osten-  
sione. Posthæc regni Sueciæ Cancellarius  
Oxenstirna non invenusto sermone finem  
præsentis congressus primò indicavit, si-  
mulque conceptis votis successum & una-  
nimia consilia cœlitus expetit, adjecta  
promissione fore, ut suo quidem loco ni-  
hil, si saltem ad optabilem & securam pa-  
cem regnis hisce Norwegicis conducat,  
sint intermissuri, quæ omnia in vernacula  
Suecorum lingua protulit. Ad hæc regni  
Daniæ Aulæ Magister responsum sua quo-  
que nativa lingua subjecit, quæ cum in eū-  
dem finem collimaret, Sueci paulò post à  
parte sua certam domum occuparunt, Da-  
nici verò cis flumen tentoria tria, quorum n



Februar.  
Anno  
1645.

*Hollandi de  
novo cōtra  
Danum  
bello decer-  
nunt.*

unum Gallico, alterum Hollandico, tertium autem in ipsis Legatis Danicis serviebat, crexerunt, proximis diebus de propositione consilia inturi, quibus ut Spiritus sui sancti gratia cœlitus adesse Deus dignetur, omni meliori voto supplices expetimus.

De novo interim bello inferendo apud potentes confœderati Belgii Ordines acriter decernebatur, etsi dubium erat, contra quem futura æstate arma corripentur. Quæ contra Danum bellum gestum volebant, multæ erant provinciæ, cum è contrario Auriacus Hispanum debellandum suaderet. Regis Galliarum Legatus, tanti momenti negotium dubiè ad eò tractari, non sine expostulatione querebatur, summo operè contendens, ut hac in re certi quid statuatur, volebatque, ut planum facerent Ordines, quidnam belli hac futura æstate gesturi essent; quod negotium cum Auriaco cōmitteretur, hic quamprimùm ad futuram expeditionem quosvis maturari apparatus satagit. Erant inter Ordines, qui vectigal ad fretum Danicum (vulgò in Sund:) juxta pactum & sanctionem anno 1544. Spiræ initam decernendum urgebant, quod eò excurrit, ut singulæ naves, quæ didum fretum transire vellent, singulas Rosas Nobiles deponerent, qua in re quid successe-



successurum sit, suo infra pertinenti loco **Februar.**  
 pluribus indicabitur. **Anno**

Pendente hoc negotio utraque, Sueciae **1645.**

Daniaeque Coronae de classibus noviter in- **Classium**

struendis admodum erant sollicitae, Dano **per Sueciae**

quidem Hafniae ingentes apparatus facien- **Daniaque**

te, cujus iussu, quotquot proximis diebus **regna solli-**

confectae fuerant naves, mari immisse sunt, **cita cum**

quarum in numero *Trinitas, Sophia, Fides,* **fructio.**

*Spes,* & aliae nominibus suis insignitae fue-

runt. Nec non in machinarum fulmina-

rum fusione multum operae ponebatur,

ubi metalli defectum ablatae nonnullis in

locis campanae supplevisse dicuntur. Ad-

haec, Sueciae Reginae mandato tres diversae

classes construebantur, quarum unius in-

spectioni Navarchus Rumingius Stochol-

miae, alterius Thalassiarcha Anckerhel-

mius Gottenburgi, ultimae autem Wran-

gelius Wismariae praerat, cui in mandatis

quoque datum fuerat, ut Danorum ma-

chinationibus, donec primaria regni Sue-

ciae Classis mari committeretur, sollicitus

attenderet. Faxit Deus omnipotens, ne su-

pra adducti tractatus pacis inter utrasque

coronas instituti beato suo successu care-

ant, hoc enim evanescente non dubium

est, quin ingens hominum terrarumque

ruina illicò subsequatur.

C

S

Mori-



Februar.

Anno

1645.

Cardinalis

de la Roche-

faucant,

moritur

Parisii.

Moritur hoc præterea mense Parisiis Eminentissimus quondam Romanæ Ecclesiæ Purpuratus, Cardinalis de la Roche-faucant, anno confectæ ætatis supra octuagesimum octavo, qui quæcunque sua mobilia bona pauperibus, cuiuslibet autem principalium suorum ministrorum octo florenorum millia conditis testamenti tabulis destinavit, dispensavitque, ut exanime suum corpus neglectis quibusvis cæremoniis terræ mandaretur.

Matthias

Hoë ab Ho-

eneck SS.

Th. D.

Dresda.

Hunc porrò vivis exemptum sequitur quarto Martii calculo veteri quondam admodum Reverendus Dominus, Matthias Hoë ab Hoëneck, SS. Th. Doctor, Serenissimo Electori Saxonæ à concionibus aulicis, & Superintendens generalis, qui diuturniori confectus infirmitate, hora vespers circiter nona ex hac miseriarum valle ad sedes beatas placidè emigravit Dresdæ. Ajunt reliquisse suis litteras probe obsignatas, mandasseque ut se mortuo quamprimum Electori offerrentur, id quod etiam eo adhuc vespere factum perhibent.

Prælii inter

Cæsareos &amp;

Suecicos in

Bohemia

commissi si-

de digna

descriptio.

Paulò ante quam finiebat præsens mensis Februarius, utriusque Cæsareorum ac Suecicorum exercitus in Bohemia cruento sane prælio concurrerunt, cujus occasionem inde natam, summus militiæ Sueco-regiæ

Dire-



Director, & Campi-Marescallus Genera-  
 lis, Dominus Leonhardus Torstenlohnus, Anno  
 litteris sua manu die 27. Februarii in castris  
 ad Woschitium exaratis, inscriptisque Li-  
 ptiensium Ephoro, Domino Axel-Lilio,  
 publicè testatur, ex quibus proindè, ad ma-  
 jorem eorum, quæ modò subjungimus fi-  
 dem, præsentem narrationem contexe-  
 mus.

Dicit itaq; in principio statim dictarum  
 literarum memoratus Archistrategus Tor-  
 stenlohn, se quidem post sublata ad Cadenum  
 castra, de transitu suo ad Dominum Guberna-  
 torem Pesezio, duobus circiter Pilsena mil-  
 liaribus, perscripsisse, sui que statum exerci-  
 tus, & quod tunc quidem de hostibus scire li-  
 cuit; nec non quæ de necessitate presenti esse du-  
 cebat, ordine significasse: quantum verò inyo-  
 rescat, tabellarium, cui has commiserat, ab ho-  
 stium quadam cohorte interceptum, ablatif-  
 que litterarum fasciculis, immissa gladio  
 plumbea trucidatum esse. Illinc itaque sine ul-  
 teriori commoratione cum copiis Glattavium,  
 ac porrò Orashevizium ocynus concessisse, eo  
 quod edoctus esset, hostes cum sui quoque exer-  
 citus signis in illam viciniam ingressos esse.  
 Sexto decimo Februarii se pariter in illum di-  
 strictum feliciter devenisse, nuncio autem ac-  
 cepto, hostiles legiones paulò ante suum adven-  
 tum flumen Oitouvam transgressas esse, ut mo-  
 do dif-



Februar.  
Anno  
1649.

do difficilis ad ipsas aditus imò impossibilis videatur, etsi nonnulla cohortes, quae in citerioris fluminis parte adhuc subsistebant, dissiparentur, & vigillum quidam primarius Praefectus, hanc leviter vulneratus, unà cum aliis officariis & ex gregaria militia non paucis interceptis, se quidem cis flumen, hostes autem in adversa ejus ripa Straconitzium versus, cui pauci dimacha praerant, movisse, interdum autem res ex machinis, quae montibus impositae stabant, idque in ipso copiarum progressu, fervide gestam esse, etsi exiguo suorum damno, quod paucissimis inter impedimèta personis & equis illatum sit. Hostibus igitur flumen hoc machinarum subsidio in tantum defendentibus, confestim se conneilitium suum ad Muldavia deduxisse, in vètisq; dimidio circiter infra Succaviu milliarivadis, 20. demum Febr. per eadem, nemine hoc impediante, transisse, atq; ita cum universi exercitus signis versus Woditzium & Lancoam paulatim accessum fecisse. Nec verò hostes interea suis partibus defuisse, imò magnis itineribus Taborium, ubi partem aliquam impedimentorum reliquerat, aliam item oppido Budweis immiserat, subsequutos esse, donec 23. Febr. in suum demum conspectum prodiret, tribus circiter à Taborio milliaribus, cum etiam ante suum adventum quosvis intentioni suae commodiores montes occupassent, castraque in tantum ex omni parte

com-



cōmuniissent, ut Iācoa utrosq; exercitus inter- Februas.  
 jaceret, nec usus ejus eorum ulli profuturus vi- Anno  
 deretur. Situm eius vicinia enim esse, ut for- 1645.  
 manda perfecta aciei planè sit in idoneus. At  
 tamen cum hostem à laterè continuo haberet,  
 qui per assiduas castrametationes, ut quæ tem-  
 pore tam frigido non sine difficultate fiant, sibi  
 incommodare allaborabat, unde com militiis  
 suo ruina enasci facile potuisset, ex ea causa u-  
 nanimi Dominorum Generalium summorum  
 que militia Ducum consensu ac matura deli-  
 beratione conclusum esse, pugna aleam in ho-  
 stibus experiri. Causa igitur bonitate nixum,  
 die 24 Februarii universi exercitus signa colli-  
 cidam, in quo hostium excubia stabant, à  
 dextra admovisse, post quem licet legiones suas  
 in saltu quodam occideret, & ut eundem  
 servaret, cōtinuis machinarum fulminalium  
 dislosionibus summo opere contenderet, ja-  
 ctura tamen trium tormentorum se illinc pro-  
 pulsum, atq; in hac ipsa occasione Campi Ma-  
 rescallum Götziū trucidatum esse. Post le-  
 vium igitur pugnarum aliquam concertatio-  
 nem rem omnem in cruentum omnino pra-  
 tium exiisse, quale multis ab hinc annis non e-  
 venisse certum sit. Et quantumvis hostes exer-  
 citum equitatu tribus millibus majorem, pedi-  
 tati autem parem haberent, tantoque cum  
 valore insurgerent, ut nemo non in admira-



**Februarij** *tionem rapi potuisset, suos tamen vim quam-*  
**Anno** *vis et si vehementissimam imperterrita animo-*  
**1645.** *rum virtute fortiter sustinuisse, donec post cru-*  
*entium octo horarum praelium, ut quod ab o-*  
*ctava matutina usq; ad quartam vesperis per-*  
*duraverat, supremi numinis beneficio victo-*  
*ria tandem à suis partibus stetit, & quantum*  
*quidem pro tempore sciat, captivi in suorum*  
*manus inciderunt sequentes:*

**Captivi** *D. Campi-Marescallus Generalis Co-*  
**numerosi** *mes ab Hatzfeld, qui universo Caesaris ex-*  
*ercitui tunc quidem præfuit: utrique Cam-*  
*pi-Marescallatus Locumtenentes Gene-*  
*rales, Baro de Mercy & Comes Broius:*  
*Tres vigilum Generales Præfecti, Sarades-*  
*kiius, Dom-Felix & Trauditschius: Mili-*  
*um Tribuni septem, Schifferus, Tappius,*  
*Meuterus, Binavius, Lanavius, Königsec-*  
*cius, & Meurfius. Legati novem, ille de Pic-*  
*colominæa legione, Comes V Vorfufius,*  
*Faber, Comes Buquernius, Comes Keven-*  
*hüller, Cassianati, & tres alii, quorum p. t.*  
*nomina latent. Vigilum summi Præfecti*  
*sex, Equitum Præfecti, Capitanei viginti*  
*tres, Centurionum vicarii decem, mino-*  
*rum gentium Vicarii duode sexaginta: Me-*  
*tator quidam legionarius, equestres vexil-*  
*liferi viginti quatuor, pedestres viginti se-*  
*ptem, Vigilum Magistri viginti. Cohor-*  
*tium*



tium Præsides, quos Galli Corporales di-  
 cunt, triginta sex; Officiarii minorum  
 conditionum quadraginta unus. Tubici-  
 nes & Æneatores viginti unus. Ex grega-  
 rio commilitio quater millia. Equitum in-  
 signia quadraginta quinque: Peditum tri-  
 ginta duo. Machinæ fulminales viginti sex,  
 & com meatibus tormentariis provehen-  
 dis destinati quicunque currus & carri.

Februarius  
 Anno  
 1645.

*Impedimenta cum majori parte Taboris  
 relicta, nec exiguus eorum numerus oppido  
 Budovveis illatus sit, proinde eorum spolia ferè  
 nulla fuisse, etsi digniorum Officiariorum rhe-  
 da, & adjuncta sarcinarum plaustra in præ-  
 dam vincensibus cesserint.*

*Ex summis militum Præfectis, quos quidem  
 in presenti expiscari licuit, occubuisse casos,  
 Campi-Marescallū Generalē Comitē Göt-  
 zium, Dn. Comitē à Waldeck, militū Tri-  
 bunum, summum Legatum Piccolomineæ  
 phalangis, Brass nomine, Legatum Map-  
 pium, Legatum Stimelium, & alios, quibus  
 addenda esse ex plebeo commilitio occisorum  
 tria aut quatuor millia. De Officiariorum in-  
 terfectorum numero certi nihil referri pos-  
 se, complures enim ferreis equorum soleis  
 adeò deformatos decubuisse, ut qui singuli  
 fuerint difficile esset discernere. Ex suis, per  
 Dei gratiā, Generalium neminē se deside-  
 rare,*



Februat.  
Anno  
1645.

rare, paucos vulneribus faucios habere, nimirum vigillum Generalem Præfectum Goldstadium, fauciatum in dextera manu tunc, cum pugnae initium faceret, vultere tamē, quantum coniecitur, brevi sanabili. Cū occisis numerādos esse utrosq; militū Præfectos, Neusch & Seestert / & nonnullos alios minorum gentium Præfectos: fuisse quoq;, ut in eiusmodi occasib. fieri afolet, qui inflictis vulneribus victoriam emerunt. Nec etiam de interfectorum numero certi quid constare, illos enim præter in pugnae loco occisos ad duo circiter miliaria inter opaca ferarum latibula per sylvas & montium fruteta prostratos jacuisse; numero sanè non contemnendo. Rem tormentariam; nempè machinas fulminales viginti sex & cæterū com meatum omninò, ex impedimentis autem, cum illa; prout supra innuimus, apud exercitum nō fuerint, suorum in manus nō incidisse, nisi Generalium quorundam & majorum gentium Præfectorum pauculas rhedas & carpenta. Hæc ille. Ex qua fide digna narratione facile conieci potest, quantus fuerit prælii huius fervor & furor, quem nonnulli cum illo in pugnis illis cruentissimis ad Lipsiam & Luzenam commissis monstrato parem, alii majorem æstimant.

Nunc



Nunc igitur triduo in pugnae loco exa-  
 cto, in quo trucidati ex utraque parte, Februar.  
 quantum temporis angustia permisit, pi- Anno  
 entissimo Torstensohnii jussu terrae man- 1648.  
 dati, & gratiarum actiones pro concessa Neuhusiano  
 victoria habitae sunt, machinaeque fulmi- intercipi-  
 nales festivè detonuerè, sublatis illicò ca- ent.  
 stris & neglecto Taborii interceptu, Tor-  
 stensohnius exercitum Neuhusio admo-  
 vit, cuius loci facile potiti sunt Sueci, ter-  
 ror jam omnium circumjacentium pro-  
 vinciarum; eiusque incolae, ne diriperen-  
 tur, quindecim Imperialium millia persol-  
 verunt, additis quadringentis equis & cen-  
 tum curribus, nec non fidelitatis juramen-  
 tum Coronae Sueciae praestiterunt. Dy-  
 nastia verò Neuhusiana, quae Comitum  
 Slavata, Cancellarium in aula Caesaris pri-  
 marium, Dominum seu proprietarium a-  
 gnoscit, centum Imperialium millia nu-  
 merare jussa fuit, Neuhusio Generosissim<sup>9</sup>  
 Torstensohnius praefecit Hassiae quendam  
 Landgravium, ut locum illum cum trecen-  
 torum dimacharum praesidio defenderet.

Illinc Pilgramum & Iglaviam usque co- Iglavia  
 pias traduxit, quarum haec Moraviae urbs stratage-  
 est. Hanc astu seu stratagemate interce- mata expu-  
 ptam referunt, qua occupata praeter bis gnatur.  
 mille equos, & ingentem panni quantita-  
 tem,

D

tem,



Martius.  
Anno  
1645.

tem, qui inibi largo opere contexitur, sexaginta Imperialium millia à civibus exacta; atq; in hac eadē civitate multos primarios viros interceptos, ultra centū curtus annona vehementes illinc Olmutiū de vectos, urbē legionibus duabus equestribus totidemq; pedestribus communitam, quosvis superiori praelio interceptos Generales & summos militiæ Cæsareæ Duces, cum quadraginta tormentis gravioribus, inibi relictos, suburbium destructum, porròque in mandatis datum esse; ut in monte à patibulo nominato novum munimen suscitaretur, hominum quingentis in diurnos ejus labores constitutis.

Znayma  
capitur.

Sublatis 9.19. Martii ante Iglaviam castris, Sueco-Torstenlohnianus exercitus Znaymam versus iter ingressus est, cujus defensores licet negotii aliquantum facerent Suecicis, vi tamen paucis intercurrentibus diebus fracti, postmodum victas manus dedere.

Clades nova Cæsareis in dynastia Domini à Sintzen-dorff illata.

Dum itaq; Suecici in expugnanda Znayma desudant, Torstenlohnio nuncia feruntur, quæ utilis milliatis itinere à Crem-sio distat, in dynastia Domini à Sintzen-dorff; bis mille circiter profugos equites, quatuor equorum millia & ingentem calorum lixarumque turbam secum habentes, diver-



diversos pagos occupasse, ut amissas in no-  
 vissimo prælio vires aliquantum repara-  
 rent, qui cum vino, cujus in illis partibus a-  
 liquot millium urnarum proventum apud  
 rusticolas repererunt, liberalius indulgeant,  
 posthabitis omnino excubiis, non dubium  
 esse, quin securi hi compotores opprimi ad  
 unum omnes facili negotio possint: qua re  
 intellecta, Torstensohnus cōfestim mille  
 probatissimæ virtutis equites eò dimisit,  
 qui undecimo Martii, sub intempestatam  
 noctem impetu in sex diversis locis facto,  
 complures ferro & igni delerunt, non pau-  
 cos, & inter illos Comitem quendam Ho-  
 lienlensem cum nonnullis majorum gen-  
 tium Præfectis, captivos abduxerunt, quam  
 & reliquam ter mille equorum opimam  
 prædam castris suis feliciter intulere.

Publicum tunc Vienna asylum homi-  
 num undiquaque pugnâ sibi consulen-  
 tium patuit, quippe ex Moravia & huic cō-  
 terminis locis ingens accolarum multitu-  
 do cum bonis & fortunis illuc confluebat,  
 Principibus comitibusque à Lichten- &  
 Dietrichstein ad hanc quoque urbem sese  
 recipientibus. Quin etiam illorum, qui in  
 trans-Danubiana regione habitant, ingens  
 numerus fuit, qui reculas suas Viennam  
 securitatis causa comportarunt, inde, ut

D x hoc

Martius.

Anno

1645.

Vienna pū-  
 blicum fu-  
 gitivorum  
 asylum pū-  
 ter.



Martius.  
Anno  
1645.

hoc facerent maximoperè compulsi, quoniam 5. 15. Martii quadringenti circiter diversarum nuperoque prælio accitarum legionum equites, per Viennensium pontem traducti, atque in vicinioribus Viennæ oppidis pagisque hospitari iussi fuerant. In citeriori autem Danubii parte dissipati Cæsaris milites prædando ac diripiendò latè omnia complebāt, quorum nonnullæ cohortes ad Viennensium usque pontem excurrerant, nullius jam imperio obsequentes.

Olmütii obsidio dissolvitur.

Comes à Wallenstein quamprimùm de infelici pugnae hujus successu intellexerat, intermisso Olmütii obsidio, cum signis Brunnam transfugit, obsessi verò eruptione ex oppido tentata, quæcunque munitionum opera terræ adæquarunt.

Stenium vim hostiū non sustinens suspicatur.

Znayma igitur ad obsequium redacta, Torstenfohnus cum universi exercitus copiis ad Danubium concessit, easque die 14. 17. Martii in vicinis Cremsio agris conspicifecit. Cùmq; tam Coronæ Sueciæ, quam omnium Evangelicorum, interesse cognosceret, belli sedem in Danubiana ripa firmati, utrique oppido, Cremsio & Stenio, obsidionem fecit, quatum hanc validè ad eò oppugnavit, ut 16. 26. Martii armata manu caperet, interfectis, quotquot ex defensoribus in armis deprehensi sunt. Se-



Sequitur hanc Cremsii arbitraria de-  
ditio, quam fecit Ranscius militum cate-  
roquin egregius Tribunus, & præsidii il-  
lius p. t. Ephorus, qui nescio qua de causa  
violatæ capitulationis detentus, unâ cum  
cæteris Officiariis Iglaviam captivus du-  
ctus est, commilitones verò ejus sub Sue-  
corû signa compulsi fuere, qua in urbe præ-  
ter ingentem auri prædam triginta amplius  
Austriacæ nationis primores in Suecorum  
manus captivi inciderunt.

Martius.

Anno

1645.

Cremsiû in  
Suecorum  
potestatem  
redigitur.

Post Cremsii interceptionem, in ex-  
pugnando Dürstenio acriter laboratum  
est, ad quod prætereuntibus difficilè ad-  
modum iter reddi potest, quia Danubio  
propius adjacet, cujus arcis portas Sueci  
subiecto pulvere exusserunt, ruinasque in  
præterlabentem provolverunt.

Dürsteniû  
succumbit.

Illinc ad communiam benè arcē Creu-  
tzenstein transitum, in qua victores com-  
meatus tormentarii partem aliquam repe-  
rerunt, & machinas aliquot fulminales,  
cum cætera diversarum rerum supellectile.

Creutzzen-  
steinum pa-  
riter.

Post hæc die 29. Martii seu 8. Aprilis vet.  
cal. Sueci Cor-Neuburgo, quod est duo-  
bus supra Viennam milliaribus oppidum,  
nullo negotio potiti dicuntur, in ibique  
frumētorum medimnos quinquies mille,  
vini urnas vicies mille, & in sale sexaginta  
mil-

Nec non  
Cor Neua-  
burgum.



**Martius.**  
**Anno**  
**1645.**

millium florenorum prædam ablatam esse perhibent, præter machinas fulminales viginti duas, & extortam duodecim imperialium millium summam, quam cives pro dirptionibus numerare debuerunt.

*Pons Viennensium à lupo denominatus expugnatur.*

Illinc nonnullæ Suecorum legiones ad pontem Viennensium à lupo denominatum deductæ sunt, cui vicinum munimen, suffossionum operibus, machinarumque continuis assultibus adeò infestarunt, ut defensores ejus die 31. Martii sub noctem inde profugere cogerentur, & in insulam quandam Viennensibus adjacentem sese reciperent. Sueci vero altero post die munimen istud suo milite communierunt, quod cum novis aliquot munitionibus firmitus reddidissent, Cæsareis non parum inde facefferunt negotii, machinarum assultibus acerrimè instantes.

*Naufragiè in Danubio damnosum, Cæsarisque ad aulam Viennensem vaditus.*

Tanti Suecorum progressus omnem illam, & vicinas provincias, horrore & metu complebant, unde factum, ut accolarum Viennam profugentium concursus indies fieret major. Cum cæteris 3. 13. Martii Imperatrix navibus Lintzio devedta, Viennam revertebatur, quo die Sac. Cæs. Majestatis Consiliarius & Secretarius intimus, Dominus Schlerzyus, gravem fortunæ novercantis ictum sustinuit. Cum enim nave

ea sum;



ra summo manè Steinio solvisset, navem Martius.  
 dubio flumini committens, ecce ex incuria Anno  
 ejus ad sublicium pontis vehementius illi- 1645.  
 fa, mole sua soluta est, conjuge Domini  
 Schletzii, cum pluribus aliis vectoribus, in  
 aquis miserè pereunte. Similiter & Cæsa-  
 rea Sua Majestas 9. 19. Martii ad aulam suā  
 rediit, sollicitè intenta, qua ratione & via  
 prævalidis Suecorum viribus in tempore  
 occurratur.

Intellecto Cæsaris ad aulam Viennen- *Torstensoh-*  
 sem reditu, Torstensohnus misit, qui Cæ- *nus capti-*  
 sareæ Suæ Majestati significaret, ut intra *vos Cæsaris*  
 mensis unius spatium captivos suæ militiæ *Generales*  
 Generales & cæteros militum Præfectos *redimi pe-*  
 lytro redimeret, sin minus, in Sueciam se *tit,*  
 illos transmittere cogitare, qua de causa  
 publicus Vienna cursor in castra Suecorum  
 dimissus est, qui catalogum quorumvis à  
 parte Cæsaris captivorum à Torstensohno  
 expeteret, ut secundum illum de lytri quā-  
 titate summam conveniret. Qua in re  
 quid successerit, suo infra loco dicetur.

Non dubitamus, benevole Lector, quin *Turcarum*  
 unus & alter novorum cupidus avidè scire *in Orbem*  
 desideret, quænam primarii illius Cæsaris *Christianū.*  
 ad Portam Ottomannicam Legati, Domi- *et in primis*  
 ni Hermanni Comitis à Tschernin, (quem *contra Me-*  
 19. 29. Junii anni noviter evoluti, cum na- *litenses, for-*  
*midabilis*  
*vibus expeditio.*



**Martius.**  
**Anno**  
**1645.**

vibus undecim & pretiosissimis muneribus Vienna discessisse, superiori libro diximus: ) expeditio fuerit. De hoc quidem pro tempore aliud nobis non constat, nisi quod literis 20. 30. Martii Constantinopole scriptis affirmatur, prædictum Dominum Legatum commissam sibi negotium, per Dei gratiam, eò deduxisse, ut modernus Turcarum Imperator, Sultanus Ibrahim-Han, pacem, de qua inter defunctum suum fratrem, Sultanum Murathem, & Cæsare convenerat, se inviolabiliter conservaturum, atque ut Ragoctyus Transylvaniæ Princeps arma adversus Cæsare deponat mandaturum, se declaraverit, hac tamen sub expressa conditione, ne Romanorum Imperator Melitensibus, adversus quos primo Aprilis formidabilem multorum millium exercitum terra marique potentem Byzantio deducturus esset, auxilio sublevet, in quem finem præter consue- rum quadragesies mille Janitzarorum præsidium viginti porrò millia cogi mādasse, vel- leq; , ut Cæsaris Legatus Constantinopole tandem commoretur, donec tantæ hujus classis constructionem oculis suis præsens inspexisset.

*Causa eius  
 putativa.*

Sunt, qui formidabilis eiusmodi expeditionis causam literis Byzantii exaratis, hanc



hanc esse asserunt, quia in vasta illa tritemi, Martius. quam Melitenses superiori tempore in ma- Anno  
ri Turcis extorserunt, puerulus ex Sultano 1645.  
susceptus extiterat, qui Meccam deducen-  
dus erat, ut ibidem secundum legem Ma-  
hometicam circumcideretur. Quando-  
quidem igitur Magnus ille Turca Pontifi-  
cem suum ( quem vulgò *Muphti* appel-  
lant:) consiliis adhibuerat, utrum eiusmo-  
di raptus infantulus ære redimi, aut vi re-  
duci deberet, ex illo vero intellexerat, vi  
raptum eadē reduci debere, Sultanū ad  
eiusmodi expeditionem animum induxisse.  
Referunt præterea, Patriarchæ Armenio-  
rum, quod non veritus erat Sultano in fa-  
ciem dicere, nullum futuræ expeditionis  
successum fore, ex Sultani mandato capite  
diminutum, insuper & thesaurum eius, qui  
cum dimidio auri millione æstimabatur,  
fisco Sultani adiudicatum esse. Adhæc  
quanta vindictæ cupiditas in atheo hoc  
homine fuerit, ex Manifesto eius, sive pa-  
tentibus literis, quas paulo post typis ex-  
cufas publice affigi fecit, colligitur, eius-  
modi argumenti:

SULTANUS IERAHIM, Imperatorum Pa- Sultani I-  
tentissimi Filius, Dei invincibilis Nepos, Tur- brahim  
carum, Græcia, Baltica, Sarmatia, Damasci, Manifestū  
Phrygia, utriusque Egypti, Alexandria, Ar- seu Diplo-  
menia, lū universo ma, quæ bel-



**Martius.** mensa, Arabia, Rex : Rex Regum, Do-  
**Aano** minus Dominantium, Paradisi inhabitator,  
**1645.** Asia, Africa & America Episcopus, nec non  
**Christiano** potioris Europe partis sanctificator, Hieru-  
**Orbi infe-** chuntis Primas. sepulchri Mahumetis custos,  
**rendium de-** mundi universi Fax maxima, ab ortu usq; ad  
**nunciat.** occasum Dominus Dominantium, Rex Re-  
 gum, Princeps Principum, Christianorum  
 quorumvis terror & flagellum, Ottomanico-  
 larum circumcisorumque Spes, Gemma nullo  
 pretio aestimabilis, Sanctissimus, Reverendissi-  
 mus, &c.

Inter mortura nullo a vo memoria Sultani  
 Murathis, Magni Turcarum Domini, Prae-  
 decessoris & Fratris nostri dilectissimi, de in-  
 tercipienda Melite Insula, deq; ejus dissipandis  
 triremibus nunquam non consilia habuit, id-  
 que propter continua & inestimabilia damna,  
 quibus nos in maribus nostris assidue affligit.  
 Fato autem accidit, ut cum in expedienda clas-  
 se laboraret, morte praeventus operi finem ad-  
 dere non valeret, id quod nobis ansam praebuit,  
 coeptam pertexendit elam, eaq; in re tato nos a-  
 criores exhibebimus, quanto nos rapta per dictas  
 Melitesiu triremes, posthabita gravissima in-  
 dignatione nostra, navis jactura pugit acrius,  
 in qua Sultana Zaffira cu Aga, qui pugnando  
 occubuit, existebat, quam dicti Melitenses cum  
 summa



summa displicentia nostra in suam potestatem Martius:  
rapuerunt, & in hunc usque diem detinent. Anno

Quapropter omnibus Bassis & Begis vigo- 1645.  
re presentium serio mandamus, ut ad proximū  
novilunium Aprilis cum triremibus suis By-  
zantii compareant, ubi postmodum cum  
cæteris navibus bellicis, quotquot in classico  
nostro armamentario reperiri utilia poterunt,  
quæ interim milie & apparatu bellico, una  
cum illis navigiis bellicis, quæ pro tempore in  
diversis nostris portibus existunt, sufficienter  
muniri curabimus, commode conjungi, atque  
ita universa classis ex voluntatis nostræ insti-  
tuto instrui possit: Volumus enim, ut expeditio  
hæc non Christiano duntaxat, sed & univer-  
so terrarum orbi, sit terrori, eò quòd propter in-  
gentem triremium naviumq; numerum, ex  
quib. horrendus machinarum fulminaliū fra-  
gor audietur, Sol, Luna & stella mirabili mo-  
do obscurabuntur, pisces in abyssum maris se  
abscondent, quævis animalia terra contremi-  
scent, & in densissimis silvis ac saltibus arbo-  
res cum radicibus terra suo motu avellentur,  
ut in hunc modum, per tantam & nulli effabi-  
lem potentiam, indignatio nostra, quàm ex  
violenta Sultana nostræ & Agæ interceptione  
merito concepimus, apud omnes Christianos  
innotescat & sentiatur.

Quàm verò arroganter imò blasphemè  
dictum



Martius.  
Anno  
1645.

dictum hoc sit, illi perpendendum relinquo, cui religio sua & supremi Numinis respectus curæ sunt, qui propterea nobiscum Deum Deorum, Regem Regum, & Dominum Dominantium, manibus & corde compositis suppliciter precetur, ut sanguinolenta athei hujus hominis consilia dissipare, abominabilem ejus cultum abolere, è contra verò Ecclesiæ suæ & hæreditati adversus juratos hostes nominis sui hostes victoriam de super largiri ac consignare dignetur, idque ad sempiternam sacrosancti nominis sui gloriam & honorem.

*Melitenses  
pro defen-  
denda pa-  
tria & in  
insula Melite  
strenuè la-  
borant.*

Melitenses generosi illi nominis & honoris Christiani propugnatores, tantis ejusmodi sui Deique hostis comminationibus animo nequaquam fracti, rebus suis cautè providerunt, cognitoque rem seriò geri, quicquid in universa Insula visum fuerat, immutarunt, aditus & portus circumcirca militum præsiis communierunt, & quovis ordinis sui asseclas Equites peregrè agentes domum revocarunt, quos proinde, non tam obedientiæ quàm voti zeliq; amore, singulis diebus magno ibi numero cõfluere vidisses. Nec non vicinorum Principum Magnatumq; auxilia, ferente ita necessitate, per Legatos suos efflagitarunt sollicitè, de quibus ut certi essent,



sent, à compluribus compromissum accepimus. Mattius.

Venetorum bello & pacē prudentissima Respublica, etsi à Sultano persuasum fuerat, nihil adversus ipsam hostile tentatum iri, subdolæ tamen eiusmodi persuasioni fidem habere nolebat, verum ad arma concurrendum fore rationabiliter collegit, ex qua causa, præter cæteras ad bellum proximè futurum provisiones, Dominum Generalem Achillem de Hase cum commilitio aliquo in Candiam dimiserunt subsidiaq; apud exteras respublicas in tempore efflagitari fecerunt. Anno 1645. Veneti subdolis Turca magni persuasionibus fidem non habentes ad arma profiliunt.

Candia quoque præter incolarum viginti millia, quos armis induerat, exterarum nationum decies mille pedites, equites circiter bis mille collegit, diversasq; triremes expedit, ut suo post tempore hostium vim à se propullare posset facilius. Candia bellum parat.

Nec etiam Itali hoc in passu suis defuere partibus, Neapole enim quatuor Campi-Marescalli emissi sunt, quorum unus in Calabria, alter Basilicatum, tertius in Abruttium, quartus autem in terram di Capo d'Otranto profectus est, ut confinia illa adversus improvilos Turcarum insultus securæ præstarent. Ex qua eadem civitate Melitenses ingentem commeatum bellico- Itali finibus suis provident.



**Martius.** rum apparatusum ad insulam suam deporta-  
**Anno** runt, de quo bello in cōsequentibus men-  
**1645.** sibus passim mentio incidet.

*Damna ex  
Incēdiis &  
aquarum  
inundatio-  
nibus con-  
tracta.*

Hoc ipso mense ex incendiis & aqua-  
rum inundationibus insignia damna di-  
versis locis contracta esse accepimus. De-  
cimo enim & undecimo Martii veteri cal-  
culo aquarum inundationes vicinos Ham-  
burgensibus agros incredibilem in mo-  
dum afflixere, & in primis quidem Tycho-  
pole, ubi noviter extructum Regium Ca-  
stellum in tantum destructum est, ut pristi-  
no nitore non ita facile reddi posse dicant,  
damno, quod inde redundat, cum integra  
auri tonna computata.

*Ædes Divæ  
Catharina  
apud Ham-  
burgenses  
fulmine  
tangitur.*

Die Lunæ 10. Martii, circa secundam  
pomeridianam, baptisterium, quod est in  
æde Divæ Catharinæ apud Hamburgens-  
es, fulmine tangitur, quo ictu nonnulla  
Apostolorum simulacra ex alabastro in  
terram deiecta sunt, quæ verò fulmen viam  
in templum fecerit, nusquam deprehendi  
potuit. Die 13. Martii denuo quidem gra-  
vissimus fulminis ictus decidit, qui tamen  
nulla incolas clade notabili afflixit.

*Incendium  
Meppena.*

Meppenæ, quod est Westphaliæ oppi-  
dum, ex ventorum violentiâ suscitatur in-  
cendium, quo sævientē, complures civi-  
um æ-



um aedes, & tormentarii commeatus per-  
eunt. *Martius.*

Idem mali & Halla Saxonum sensit, dum *Anno 1645.*  
ibi ex eiusmodi procellarum injuria *13. 13. Halla Sa-*  
Martij hora circiter octava matutina susci-  
tato igni, in vico molitorum, qui arci vicinus  
adjacet, nec non in utraque *Hulderici pla-*  
tea, monte a Schola nomen ferente, por-  
to discalceatorum lanionumque regioni-  
bus, ac denique ante portam, cui lapides  
nomen dedere, plus centum aedificia in ci-  
neres & favillas subsedere.

Similiter 23. Martii firmum bene *Ca-*  
stellum Bonevert, quod duobus millari-  
bus ab oppido *Monstreus* distat, per negli-  
gentius extinctos ignes, maximam suam parte  
conflagravit, in ibique *Marchio de Bone-*  
vert, eius *Coniuk*, & novem aliae personae,  
miserè extincti sunt; quò quandoquidem  
accolae pretiosiora sua mobilia, ut ibi salva  
essent, comportaverant, jacturam tali  
modo contractam ultra quater centena,  
Francicorum nummorum millia egressam  
perhibent.

In *Württembergia Ducatu*, ibique in *Cochera*  
*Sündringensi Praefectura*, fluvius *Rocher* *fluvius flu-*  
in quartam usque horam profluere desuit, *ere aliquo-*  
nec uno in loco sicco transiri pede potuit, *sum desinit*  
ut ex ea causa molendinorum usus omni-  
no su-



**Martius.** nō suspendi deberet, donec paulō post ad naturæ ordinem rediit.

**Anno**

**1645.**

Apud Wimpfenles, in Comitatu Hohenloico ovis quædam lupum enixa est, Weinspergæ verò diversa sanguinis ebullientis signa observata asserunt.

*Rotenburgum & Ottersbergam in Sueciorum manus deveniunt.*

Indicatum est in superioribus, qua ratione Generalis Locumtenens Kōnigsmarcus, post interceptum in Diœcesi Bremensi unum & alterum non levis momenti locum, porro ad communitas benè arces Rotenburgum & Ottersbergam, ut eas quoque ad obsequium redigeret, transgressus sit. Rotenburgum, cui primus vires intentavit, etsi non leviter se defenderet, 14. 24. Martii caput submitit, in vitas & fortunas arbitrio victoribus relicto, id quod etiam in expugnatione Bremervæ factum fuerat. Sequitur hanc prævia capitulatione Ottersbergæ deditio, Lunæ die 17. 27. Martii facta, cui de omni comitatu, & bello & pace necessario, sufficienter provisum erat. Quibus utrisque locis deditis, universam Bremensem Diœcesin ab insidiis tutam præstiterunt Sueci, illumque districtum Coronæ Sueciæ tributarium fecerunt. In utraq; dietarum arcium comitatus annonarii, bellicorumque apparatus, & aliorum ex vicinia illuc compor-

tato-



raorum ingens repertus est proventus, & Martius.  
paucis interlabentibus diebus plus 1500. Anno  
Archiepiscopales milites ad commilitium 1645.  
Königsmarci transfierunt, qui se tam bene  
gesta, militem suum, ut amissas vires non-  
nihilum repararet, in stativa & hospitia di-  
misit: de ejus successu infra pluribus age-  
mus.

Pacis tractatus inter utriusque Sueciae *Tractatus*  
Daniaeque Coronae Deputatos institutos *pacis inter*  
quod attinet, de quibus in praecedenti li- *Suecos Dan-*  
bro innuimus, lentè admodum & frigide *nosq; insti-*  
illi hoc tempore succedebant. Quamvis e- *tuti frigida*  
nim Rex, ( prout ex diversis locis relatum *succedant:*  
accepimus: ) tunc cum Suecorum Proposi-  
tio, ejusdemque argumenta ipsi intima-  
rentur, nilarem se exhiberet, ajunt tamen  
paulò post, intellectis, quæ securitatis gra-  
tiâ adjectæ erant, animum peni-  
tus mutasse, nec de ulteriori tractatum  
continuatione audire quidquam voluisse,  
quin totum in illo fuisse, ut in extruendis  
novæ classis navibus ( quarum tunc trigin-  
ta, quæ majores quæ minores, in freto suo,  
& ad Hafniam portu habuisset scribunt: )  
omnis opera collocaretur, constitutum ap-  
ud animum habentem, classi suæ ipsum-  
met in mari præsentem adesse, fortunam-  
que in debellandis hostibus denuò expe-  
turi.



Martius.  
Anno  
1645.

riri. Quantum verò ad propositionem at-  
tinet, quam Coronæ Sueciæ Deputati, pa-  
cis tranquillitatisq; inter vicina regna sta-  
biliendæ gratia, in primo apud Bramb-  
broenses die 13. Febr. habito congressu fe-  
cerunt, argumenta sive articulos ejus hos  
fuisse accepimus:

Suecorum  
Proposicio  
in primo a-  
pud Bramb-  
sebroenses  
congressu.

I. Ne Dania in posterum uteretur titulo  
GOTHORUM VANDALORUM REX. II.  
Tres illas coronas, quæ ad solos Suecos perti-  
nent, ex insignibus regni deleteret. III. Mu-  
nimentum Cronenburg, & Pugnaculum Ty-  
chopole, vulgò das Blockhaus dictum, de-  
strueret. IV. A singulis navibus, quotquot  
earum Sundam trāsituro essent, ex more rece-  
pto, non nisi unicam Rosam nobilem exigeret.  
V. Quaslibet Suecorum naves fretum Da-  
nicum immunes transire permitteret. VI.  
Constitutionem illam, cuius vigore vectigal  
in Albi ad Tychopolim solvi iubetur, irritam  
pronunciaret. VII. Arcem Calmariensem  
in pristinum Statum reduceret. VIII. Quan-  
doquidem Dania Rex illaci belli causa extite-  
rit, Suecia Corona in sumptuum militia im-  
pensorum refusionem viginti millonei auri ex-  
solveret. IX. In tanti debiti securitatem,  
Scādiam, Hallandium & Bleckingam Suecis  
hypothetico jure cederet. X. Navium quæ  
regiarum quæ mercatoribus ablatarum debi-

tata



ram restitutionem faceret. Et XI. deniq; qui-  
 buslibet Sueciae Corona subditis, nec non qui-  
 busvis ejus tutela utentibus provincijs, Po-  
 merania, Megalopurgo, ceterisq; alijs, per u-  
 niversas Danorum terras liberum commer-  
 ciorum usum, absq; ulla vectigalium exactio-  
 ne, detentione aut perquisitione navium, in-  
 dulgeret. Daniæ Regis Deputati quam pri-  
 mum de propositionis Suecorum gravita-  
 te intellexerunt, ad tractatus descendere  
 se non posse aiebant, nisi speciali Principa-  
 lis sui mandato juberentur; quo factum ut  
 re infecta singuli ad suos redirent, post-  
 quam inter utrosq; de reassumendis ad Ca-  
 lendas Maii tractatibus convenisset.

Comitum Woldamari in Moscovia de-  
 tenti statum quod concernit, cuius in di-  
 versis aliquot libris mentionem fecimus,  
 ille in peius indies ruit, quippe hoc tem-  
 pore liberum ipsi non fuisse, remotis ob-  
 servatoribus habitaculo suo saltem exire,  
 literis fide dignis relatum accepimus, id-  
 que ex ea potissimam causa, qua suspicio  
 erat, Poloniæ Regis Legatum eo potissi-  
 mum fine cum tanto quingentorum e-  
 quitum comitatu ad Magni Moscorum  
 Principis aulam dimissum fuisse, ut præ-  
 dictum Comitem data occasione interce-  
 ptum inde deduceret, aut si hoc non suc-  
 cedat,

E 2

cedat,

Martius.

Anno

1645.

*Woldama-  
 ri Comitis  
 in Mosco-  
 via statum.*



Martius,  
Anno  
1645.

cedat, vi raperet. Quain re periculum quidem sed non sine damno fecisse Polonos, iisdem confirmatur literis. Mense proximè evoluto, cum Deputati Danici apud Magnum Moscoviæ Principem audirentur, & inter cætera suum dictique Comitissæ ex Russia discessum conceptis in eam rem verbis petiissent, responsi loco à Rege obtinuerunt Daniæ Regem Comitem Woldamarum sibi ceu Patri filium commendasse, id quod etiam opere ipso complevisset: Comitem enim paulo post ad manus sceptriq; osculationem, id quod in hac natione indubitatum patrii affectus signum sit, admissum fuisse, quin V Voldamarum mox post eiusmodi cæremonias stipulata manu sponondisse, se Magnum Principem parentis loco habiturum, quamobrem ipsi ceu filio Magni Principis filiam Irenem in matrimonium promissam fuisse. Cum verò Majestatis suæ filii filiaque in antiqua Græcorum religione necessariò instituto debeant educari; quapropter perficiendo huic matrimonio aliud non deesse, nisi ut Princeps V Voldamarus consuetum huic gèri bapritum recipiat. Hoc si facere recusaverit, Majestati suæ tantum tractationis panisque superesse, quibus adoptatum hunc filium suum ceu

Prin-



Principem, quousque inter vivos superstes Martius. futurus erit sustentare possit; Legatis ne- Anno minem moram facere quò minus ad suos 1645. redeant. Hæc postquam ad præmemorati V Voldamari aures pervenerunt, diris omnibus imò diabolo ipsi multoties devovisse dicitur, si unquam futurum sit, ut in hæc Principis Moscorum petita consentiat, de quo suo tempore & loco plura dicemus.

Senescente Martio Galli in Catalonia *Rosa, pri-*  
 magni illud momenti munimentum *marium*  
 Hispanorum ROSAS ob sessione incluserunt, *Hispanorū*  
 locum mari conterminum, propugnaculis *in Catalo-*  
 quinque optimè communitum, cuius val- *nia muni-*  
 la ex lapide instar marmoris duro confe- *mentum,*  
 cta perhibentur, circumferentia quidem *per Gallos*  
 suâ angustum, sed qui defendi facilè, op- *obsidione*  
 pugnari difficulter possit. Postquam enim *inclusa.*  
 23. Martii proclamatus noviter Cataloni-  
 ensium Prorex Comes Harcourtius, cum vi-  
 ginti armatorum millibus Barcelonam ap-  
 pulisset, ibidemq; regie exceptus esset, bi-  
 duo post 14. bellicas, rostratas seu trire-  
 mes 12. mari, terrâ autem legiones pede-  
 stres 16. equestres 4. ad dictas ROSAS di-  
 misit, idque sub summo *Comitis de Plessis-*  
*Praslain*, Regis Franciæ apud Catalonien-  
 ses Locum mentis generalis, imperio, qui



**Martius.**  
**Anno**  
**1645.**

munimentum hoc quàm mari quàm terra ob-  
 sidione cingeret. Defendebat propugna-  
 culum istud Dom-Diego Cavallero de Il-  
 lescas, nuper Perpigniani Custos, cum se-  
 ctiori peditum bis mille, equitum verò  
 trecentorum præsidio, & duodecim insu-  
 per triremibus, præterquam quod muni-  
 mini de quovis ad obsidionem sustinen-  
 dam pertinenti apparatu abunde provi-  
 sum erat. Obsessi cum hostem mari ingru-  
 entem conspicerent, rem ex machinis ful-  
 minalib. tâto cû fervore gerere inceperunt,  
 ut mare ignib. quasi resplendere cerne-  
 retur. Dominus Faber, Sedani Præfectus,  
 dùm terra speculatum urbem discurret, post  
 ducentorum ex suis jacturam captivus ab-  
 ripitur. Decimo Aprilis in præsentia Co-  
 mitis Harcurtii munitionum opera & suf-  
 fossiones aperiri incipiebant, qui postridie  
 Barcelonam reversus est. Dehinc muni-  
 mentum, terra quidem ex triginta ma-  
 chinis, quàm verò mare spectat, ex septende-  
 cim navibus & sedecim triremibus acerri-  
 mè infestabatur, in qua fervida actione  
 turris *de la Trinité*, (quæ est ad ostium por-  
 tus, & ex qua Gallorum navibus notabili-  
 ter incommodare poterant obsessi.) inuti-  
 lis facta defensoribus prodesse desuit, &  
 navigium quoddam Hispanorum, quod  
 commea-




commeatum bellicum Valentia advexerat, à Francis interceptum est. Obsessi in e-  
rumpendo partibus suis nequaquam de-  
erant, uno eodemque die trecentos circi-  
ter, 14. usque 48. librarum globos machi-  
nis emittebant, quamvis in duabus  
duntaxat primis excursionibus militum  
300. & munitiones nonnullas exteriores  
amitterent.

Aprilis.  
Anno  
1645.

Videns igitur ephorus, præsidii sui vires  
indies accidi, Galosque magis magisque  
instare, quatuor diversis epistolis, nono  
scil. 11. 12. & 13. Aprilis exaratis, subsidia  
petiit, quæ cum Regi justo seriùs exhibe-  
rentur, 22. demùm & quidem difficulter  
respondit Cæsareæ-Augustæ tunc tempo-  
ris subsistens. Multùm verò Rex confide-  
bat in virtute hujus Gubernatoris, quem  
cum firmissimo stipatum præsidio sciret,  
rem pro more laudabiliter gerere jussit,  
brevis fore innuens, ut petita subsidia sub-  
mittantur. Qua in re quid successerit, infra  
sequenti mense pluribus indicabitur.

Romæ interim Dominica JUDICA, quæ *Cedofeyta,*  
in secundum Aprilis juxta Gregorianum *Orator Por-*  
inciderat, Portugalicus Orator, Dominus *tugalicus*  
*Cedofeyta* Præsul, Hispanis authoribus, *Roma igno-*  
gnominiosè admodùm tractatur. Cùm *miniosè*  
nim prædictus Præsul (quem Ecclesia Por- *tractatur.*  
tugal-





Aprilis.  
Anno  
1645.

tugallensis ad sedem Apostolicam ex ceteris causis ablegaverat: dicta die, peracto in templo *del Popolo*, quod Beatæ Virgini Mariæ sacrum est, divino cultu, rheda sua vetus domum redire, & ea ipsa via, cum tenui admodum suorum & inermi planè satellitio, Legatum Gallicum visitare instituisset, ecce à militibus, quos Hispaniarum Regis Legatus, Dominus de Siruëla, secum habebat, in publica platea invaditur, qui ejus rhedarium, famulum porro unum, & equum alterum vectarium, machinarum assaultibus indignè trucidarunt, biugum verò alterum vulnerarunt, quo super temerario facto omnis civitas commota est, cum intelligeret, hominem religiosum, & vitæ integerrimæ virum septuagenarium tam indigno modo tractatum esse. Præsul ipse rheda violèter excussus uno ictu trucidari debebat, qui tamen Numinis beneficio servatus est, pulvere ex debito ignem non concipiente.

*Pontifex  
factum hoc  
summe im-  
probato*

Pontifex contestaturus, quàm indignè violentum eiusmodi temerariumque factum ferret, in singula authorum capita singulos quingentos posuit Scutatos, Legatoque Hispanico significari mandavit, ne non iussus in sui conspectum prodire præsumeret, qui se excusare satagens, contumelia



sumelia eiusmodi ideò affectum Portugal- Aprilis.  
licum prætendebat, quod non ab Ecclesia Anno  
Portugallensi, prout quidem initio dixit 1645.  
rat, verùm à solo Rege dependeret, ac pro-  
indè non ecclesiastici tantùm, sed & politi-  
ci status negotiis sese immisceret: qua ta-  
men in re non auditum perhibent, quin  
potius in authores diligenter inquisitum,  
Oratorique Portugallico securitatis causa  
quindecim armatos adiunctos esse.

In Holsatia Wrangeliani Rensburgum Rensburgi-  
oblederant, oppidum arte & natura firmis- obsidia in-  
simum, in cuius oppugnatione Sueci licet cipit.  
acerrimè desudarent, plus tamen quam  
crediderant, in eo laboris invenisse dicun-  
tur. Vigilia paschatis tribus assultibus ter-  
reiecti sunt, iacturam passi non spernen-  
dam; & cum paulò post erumpentibus ob-  
sessis non nihilum ire cessim compelleren-  
tur, 50. eorum cæsi sunt, pauciores capti, &  
cum tribus machinis & catapulta una igni-  
aria in urbem deducti fuere.

Brevi post V Wrangelius utraq; ad Hu- Buchwald-  
semium munitiones cum cohorte inibi ex- dus Dani-  
cubante integra & vexillo, armata manu corum mi-  
intercipit; quo facto, die 25. Aprilis, ad op- litum tri-  
pidum Heyde in Buchwaldianos incidit, bus, eo facta  
qui cum 1500. armatis quæ equitibus quæ clade affe-  
peditibus constarent, cætato per legionem citur.  
suam



Aprilis,  
Anno  
1645.

suam impetu, Danicorumque ordine dissipato, trecentos aut circiter cæcidit, 600. gregarios, 200. equites, 400. equos instructos, Buchwaldum Tribunum ipsum, 1. vigillum Præfectum primarium, 2. equitum Magistros, 1. Capitaniatûs Legatum, 2. Vicarios, 2. vexilliferos equestres, totidem metatores, 6. Corporales, 2. antesignanos, totidem tonsores castrenses, tres tubicines, 1. metatorem legionarium, 2. Capitaneos, 1. Vicarium, 1. Capitanei Vicarium ex dimachis, 2. alios ex pedestri militia; porro tres signiferos, 5. ductores, 4. armorum inspectores, 6. Corporales, 1. Secretarium, vexilla duo, signa equestria totidem, machinas tres, cum omnibus impedimentis feliciter intercipit, quæ omnia 27. Aprilis castris ante Rensburgum positis intulit, illamque obsidionem omni fervore continuari fecit.

*Suecorum  
in Moravia  
& Austria  
progressus.*

Sueco-Torstensohniani circiter hæc, cum in Moravia Austriaque, qui se ipsis opposuisset, neminem haberent, indices majores faciebant progressus, nec non ad votum omnia succedebant, quippe multorum non levis momenti locorum potiti sunt, quorum sequentia, quæ defendere se ausa fuerat, nempe *Znayma, Cremsum, Steurium, Grefenecca, Corneuburgum, Greiffensteinum,*



Stenium, Laabium, Nicolai-Castrum, Falco-  
 Stenium, Sazium, Wolfersdorpium, Raben-  
 spurgum & munimentum illud ponti Vien-  
 nensium vicinum, non sanè fuere postrema,  
 quæ ad unum omnia victorum sese arbi-  
 tuo committere compulla fuisse constat.

Aprilis.  
 Anno  
 1645.

Vicies quater illuxerat Aprilis, ubi Cam-  
 pi-Marecallus Torstenlohn universum  
 exercitum suum Brunnæ admovit, ut pri-  
 marium illam totius Moraviæ urbem, &  
 quam Cæsarei tunc quidem unicam de-  
 fendebant, obsidione affligeret. Venerat  
 non ita pridem ad aures dicti archistrategi,  
 in adjunctæ arcis propugnaculo, quam  
 vulgò den *Spielberg* appellant, ingentem  
 rerum variarum eò comportatarum the-  
 aurum recondi, quare opere pretium se  
 facturum existimavit, si primarias castro-  
 rum vires in propugnaculum istud conver-  
 teret, quantumvis juxta sciebat, haut sine  
 negotio & tempore opus successurum esse.  
 Posthabitis tamen quibusvis difficultati-  
 bus, quamprimum castra communita suf-  
 fossionum operibus fuerant, aggeresque  
 tormentarii suscitati, urbs æquè ac Castel-  
 lum igni, pyrobolaribus pilis, assuleibus &  
 cuniculis oppugnari cæperunt, quibus ma-  
 chinationibus retundendis obsessi neces-  
 sarios fecerunt apparatus, tanto cum fer-  
 vore

Brunnam  
 Sueci obsi-  
 dent.



**Aprilis.** vore rem ex machinis gerentes, ut obsiden-  
**Anno** tibus toto obsidionis tempore non parum  
**1645.** negotii facerent.

*Cæsar pro-  
hibere niti-  
tur.*

Cæsar quoque, qua est vigilantia, totus in eo fuit, ne Sueci præfixum scopum attingerent, verò in tempore ab occæpta obsidione depellerentur. Hinc cum Gallassio non semel in deliberationem descendit, communicatisque consiliis summa belli cura & castrorum inspectio humeris serenissimi Archiducis Austriæ Leopoldi Guilielmi imposita est, qui commissam provinciam in se suscepturus non sine periculo Viennam Lintzio venit, ubi paulò antè Gallassius quoque comparuerat, ut consilia de militia porrò instituenda conferrent.

*Militem  
conscribi  
jubet.*

Eo fine militum conscriptiones tam Viennæ quàm Pragæ & alibi fervidè continuabantur, idque ex ea potissimum causa, quoniam Sueci Viennæ quâ Turris rubra eminet, magis magisque imminere deprehendebantur, unde non tenuis omnium esculentorum in urbe penuria, quæ depauperatis civibus, mechanicorumq; famulis facile persuasit, ut nomina militiae darent, ceteroquin bonæ frugis homines.

*Electori Tre-  
virensis à  
Pontifice &  
Cæsare ad*

Res verò memoratu per digne hoc mense acciderunt Viennæ, dum Deo ac tempore Justitiam restaurantibus, Pontifex sacraque



craque Cæsarea Majestas Electorem Tre-  
virensē ad Ecclesias suas & Electorum  
honorificentissimè dimiserunt, idq; ex tali  
occasione.

Aprilis

Anno

1645.

Ecclesias

suas Electro-

rumq;

honorificent-

issimè di-

mittitur.

Postquam Urbanus VIII. P. M. Nun-  
tius suis Apostolicis Viennensibus læpius  
mandaverat, ut Dominum Philippum  
Christophorū Archiepiscopum & Princi-  
pem Electorem Trevirensē, Episcopum  
Spirēsem &c. ad suas Ecclesias dimitterēt,  
quandoquidem (ut in brevibus suis expri-  
mebat.) tanto, & in legibus statuto tem-  
pore, contra eundem nihil esset dedu-  
ctum, minus probatum; ipsi autem, aliis at-  
que aliis emergentibus impedimentis fue-  
rant retardati, quominus mandata exe-  
querentur; tandem *Innocentius X.* moder-  
nus Pontifex, in simili forma Breve (cujus  
tenor subjungitur litera A:) 20. Martii an-  
no 1645. ad Dominum Camillum, Ar-  
chiepiscopum Capunaum suum apud Cæ-  
saream Majestatem Nuntium expedivit,  
qui istud, pro officio judicis delegati, 10.  
sequentis Aprilis executioni mandavit, &  
præfato Principi Electori, ad suas Eccle-  
sias redeundi, atque eas, ut antea, regendi  
& gubernandi licentiam ac facultatem  
negare non potuit, ut patet ex sententia  
prolata litera B.

Insu-



Aprilis.  
Anno  
1645.

Insuper Cæsarea Majestas avitæ pietatis ac justitiæ memor, eidem Principi 25. ejusdem mensis solita Regalia contulit, deinde in persona visitavit, & honorificentissimè ad suas Ecclesias dimisit, atque eo modo immunitatem Ecclesiæ & Libertatem imperii gloriosissimè conservavit, restituit, totique Imperio ad majorem pacem spem fecit.

Copia sub litera A.

Testor ego Cancellarius infrascriptus, qualiter in Actis meis, & in Cancellaria Apostolica Viennen: reperiuntur literæ Apostolicæ in forma Brevis data sub die xx. Martij 1645. tenoris prout infra, vide licet:

INNOCENTIUS P.P. X.

**V**enerabilis frater, salutem & Apostolicam benedictionem. Cum Venerabilis fr. Philippus Christophorus, Archiepiscopus Trevirensis, S. R. Imperij Princeps Elector, & Episcopus Spirensis, alias per milites in ejus civitate Trevirensi captivus ductus, ac postmodum vigore harum in simili forma Brevis felic: Urbani P.P. VIII. Prædecessoris nostri tunc existenti hujus S.<sup>te</sup> Sedis apud Chariss. m<sup>u</sup> in x<sup>to</sup> filium nostrum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum, Nuncio consignatus, nostro & ejusdem Sedis nomine  
sub



sub tua custodia detineatur: Haecenus autem Aprilis.  
 neq<sub>3</sub> coram nobis neq<sub>3</sub> coram te contra ipsum Anno  
 Philippum Christophorum Archiepiscopum E-1648.  
 lectorem & Episcopum quidquam deductum  
 & probatum sit, propter quod ille, iuxta Ca-  
 nonicas sanctiones retineri & custodiri debeas.  
 Idcirco ne idem Philippus Christophorus am-  
 plius detineatur, eaq<sub>3</sub> de causa Ecclesia illi  
 commissa diutius Pastoris solatio careant, quā-  
 tum cum Domino possumus, providere volen-  
 tes, motu proprio, ac ex certa scientia & ma-  
 tura deliberatione nostris, deq<sub>3</sub> Apostolica  
 potestatis plenitudine Tibi eundem Philippum  
 Christophorum, Archiepiscopum Electorem  
 & Episcopum à predicta detentione & custo-  
 dia penitus, auctoritate nostra dimittendi &  
 liberandi, illiq<sub>3</sub> reddendi licentiam, ut apud  
 suas Ecclesias residere, illasq<sub>3</sub> ut prius regere  
 & gubernare, ac subditos & Diocesanos suos  
 verbo & exemplo pascere valeat concedendi  
 facultatem tenore presentium tribuimus &  
 impartimur, non obstantibus Apostolicis ac in  
 universalibus, Provincialibusque & Synoda-  
 libus Conciliis editis generalibus vel specialibus  
 Constitutionibus & Ordinationibus à quibus-  
 vis etiam juramento, confirmatione Apostoli-  
 ca vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis  
 & consuetudinibus, etiam longissimis & im-  
 memorabilibus, Privilegiis quoque, Indultis  
 & li-



Aprilis,  
Anno  
1645.

Et literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis Et innovatis. Quibus omnibus Et singulis illorum tenorem presentibus pro plene Et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad effectum presentium, specialiter Et expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. s. Petrum sub annulo Piscatoris die 20. Martij 1645. Pontificatus nostri Anno primo. Met. Maraldus. à tergo. Venerabili fratri Camillo Archiepiscopo Capuano, nostro Et Apostolicæ Sedis apud Charissimum in Christo filium nostram Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatorem electum Nuntio.

Harum verò literarum Apostolicarum Copiam per me ab Originali extractam Et collationatam, Et sic in forma probanti redactam, cum eodem Originali concordare testor Et affirmo. In quorum omnium Et singulorum fidem has propria manu subscripsi, Sigilloque Ill. mi Et Rev. mi Domini Nuntij suprad. i. munivi. Dace Viennæ Austriæ ex Can. Apostolicæ Viennensî, die 14. Augusti 1645.

(Locus magni Sigilli.)

Petrus Pierruvius Juris Conf.  
Cancellarius.

Nos infra scripti vidimus Et legimus de verbo ad verbum concordare hanc copiam

CMV



cum illo exemplari authentico, quod sub Aprilis.  
 Ill. mi D. Nuncij Ap. ci Viennens. magno Anno  
 Sigillo, & eiusdem Cancellarij pratactu 645.  
 manus subscriptione exhibitum est. Ita  
 cum recognitione Sigilli attestamur

Joh. Theod. Bruerius Dr. Prot. rius Ap. cus  
 (L.S.)

Car. Bonart. Proton. Apostolicus.  
 (L.S.)

Copia sub litera B.

Die 16. Aprilis 1645 Viennæ Austriae.

**C**amilus Melius Dei & Apostolica Se-  
 dis gratia, Archiepiscopus Capua, SS.  
 mi in Christo Patris & Domini nostri. D. In-  
 nocentii, divina providentia Papa X mi ac e-  
 ejusdē S. & Sedis Apostolicae apud Sac. Cas. am  
 Martem Ferdinandum III. in Imperatorem  
 electum, nec non per Germaniam, Hungariam  
 Bohemiam, Austriam, Styriam, Carinthiam,  
 Croatiam, Carniolam, Goritiam, Univer-  
 sumque Romani Imperii districtum, cum fa-  
 cultate Legati de Laterē Nuntius, Viso & re-  
 verenter recepto Brevis S. mi Domini nostri  
 Papae, dato sub die 20. Martii 1645. tenoris  
 ut infra. Intus, Innocentius P. P. X. Venerabi-  
 lis frater, salutem & Apostolicam benedictio-  
 nem. Cum venerabilis fr. Philippus Christo-  
 phorus, Archiepiscopus Trevirensis, Sac. Rom.  
 Imperii Princeps Elector & Episcopus Spiren-  
 sis,



Aprilis.  
Anno  
1645.

sis, alias per milites in eius Civitate Trevirensi  
captivus ductus, ac postmodum vigore litera-  
rum in simili forma Brevis fœl. rec. Urbani  
VIII. Prædecessoris nostri tunc existenti, hu-  
jus S.<sup>te</sup> Sedis apud Charissimum in Christo fi-  
lium nostrum Ferdinandum Rom. Regem in  
Imperatorem electum Nuntio consignatus,  
nostro & ejusdem Sedis nomine, sub tua custo-  
dia detineatur. Hactenus autem neque coram  
nobis, neque coram te contra ipsum Philippum  
Christophorum, Archiepiscopum Electorem  
& Episcopum, quidquam deductum & pro-  
batum sit, propter quod ille juxta Canonicas  
sanctiones retineri & custodiri debeat. Idcir-  
co ne idem Philippus Christophorus amplius  
detineatur, eaque de causa Ecclesie illi com-  
missæ diutius Pastoris solatio careant, quan-  
tum cum Domino possumus, providere volen-  
tes, motu proprio & ex certa scientia & matu-  
ra deliberatione nostris, deq; Apostolica pote-  
statis plenitudine, Tibi eundem Philippum  
Christophorum, Archiepiscopum Electorem  
& Episcopum à prædicta detentione & custo-  
dia penitus, auctoritate nostra dimittendi &  
liberandi, illique reddendi licentiam, ut apud  
suas Ecclesias residere, illasq; , ut prius regere  
& gubernare, ac subditos & Diocesanos suos  
verbo & exemplo pascere valeat concedendi  
facultatem, tenore presentium tribuimus &

impar



Aprilis.

Anno

1645.

impartimur; non obstantibus Apostolicis ac in  
 universalibus, provincialibusq; & synodali-  
 bus conciliis editis, generalibus vel specialibus  
 constitutionibus & ordinationibus, ac qui-  
 busvis etiam iuramento, confirmatione Apo-  
 stolica, vel quavis firmitate alia roboratis sta-  
 tutis & consuetudinibus, etiam longissimis &  
 immemorabilibus, privilegiis quoque indultis  
 & literis Apostolicis in contrarium premissio-  
 rum quomodolibet concessis, confirmatis &  
 innovatis, quibus omnibus & singulis illorum  
 tenorem presentibus pro plenè & sufficienter  
 expressis habentes, illis alias in suo robore per-  
 mansuris, ad effectum premissorum speciali-  
 ter & expresse derogamus, ceterisque contrariis  
 quibuscumq;. Datum Romæ apud S. tum Pe-  
 trum sub annulo piscatoris, die xx. Martij  
 1645. Pontificatus nostri anno primo M.  
 A. Maraldus. A Tergo: Venerabili fratri  
 Camillo Archiepiscopo Capuano, nostro & A-  
 postolice Sedis apud Charissimum in Christo  
 filium nostrum Ferdinandum Romanorum  
 Regem in Imperatorem electum, Nuntio; Nec  
 non habita consideratione, quod in huiusmodi  
 negotio nulla adest pars adversa, neque ullum  
 iudicium fuit inchoatum, per quod necesse sit,  
 ad aliquam citationem partis devenire, in  
 executionem ejusdem Brevis, & vigore au-  
 thoritatis ab eodem SS. mo D. N. nobis impar-

F

2

tita



Aprilis.  
Anno  
1645.

rita, Eminentissimum & Reverendissimum  
Dominum Philippum Christophorum Archi-  
Episcopum Trevirenses, Sac. Rom. Imperij  
Principem Electorem & Episcopum Spiren-  
sem, alias captivum ductum, ac deinceps  
Nuntio Apostolico tunc temporis consignatum  
& per eundem & subsequentes Nuntios Sedis  
Apostolica nomine sub custodia detentum, &  
contra quem nihil unquam deductum & pro-  
batum fuit, propter quod ille juxta Canonicas  
sanctiones retineri & custodiri debeat, à præ-  
dicta custodia dimittimus & liberamus & di-  
missum & liberatum pronunciamus & decla-  
ramus, nec non eidem Em. mo Domino ad  
suas Ecclesias redeundi, & apud easdem resi-  
dendi, atque eas ut antea regendi & guber-  
nandi, & subditos & diocesanos suos verbo &  
exemplo pascendi licentiam & facultatem,  
authoritate prædicta Apostolica concedimus  
& impartimur, non obstantibus quibuscumq;  
in contrarium facientibus, & in omnibus &  
per omnia juxta formam dicti Brevis, & hæc  
omnia non solum prædicto, sed & omni melio-  
ri modo. Camillus Archiepiscopus Capuae,  
Nuntius Apostolicus delegatus.

(Locus magni Sigilli.)

Petrus Pierruvius Cons. Cancell. rius  
Præsens copia de verbo ad verbum collationa-  
ta concordat cum Originali Decreto exe-  
cutivo



cutivo, sub Ill. m. D. Nuncij Ap. ci Vien- Aprilis.  
nen. manus subscriptione & ejusdem si- Anno  
gilli magni subimpresione expedito. 1645.

Quod, quia legimus, vidimus & sigil-  
lum recognovimus, attestamur infra-  
scripti

Jo. Theod. Bruerius Dr. Prot. rius Ap. cus  
(L. S.)

Car. Bonart. Proton Apostolicus.  
(L. S.)

Copia sub litera C.

Copia Extractus Regalium & Privilegio-  
rum à Ferdinando III. Imperatore con-  
firmatorum Archiepiscopo & Principi  
Electori Trevir.

**F**ERDINANDUS TERTIUS, Divina fa-  
vente clementia electus Romanorum Im-  
perator semper Augustus ac Germania, Bohe-  
mie, Dalmatia, Croatia, Sclavonia, &c. Rex;  
Archidux Austriae. &c. Ad perpetuam rei  
memoriam omnibus patere volumus; Quan-  
quam, &c. Eapropter ad universorum tam  
presentium, quam etiam futurorum, volumus  
notitiam devenire, quod nos attendentes sine-  
re devotionis affectum & fidei puritatem, qua  
Venerabilis Philippus Christophorus, Archi-  
episcopus Trevirensis, Sacri Rom. Imperij per  
Galliam & Regnum Arelatense Archi-Can-  
cellarius, Princeps Elector, & Nepos noster di-  
lectus, suiq; Praedecessores erga nos, & augusta  
F 3 memo-



Aprilis.  
Anno  
1645.

memorie Imperatores Antecessores nostros, sacrumq; Romanum Imperium, constantibus animis, fidelissime claruerunt, pensantesq; illius curam pervigilem, ac labores fiduos, quibus pro augendis nostri & Sacri Rom Imperij honoribus se reddidit, & crebro reddit, sollicitum & intentum. Iustis igitur suis supplicationibus benignius annuentes, &c. Datum in civitate nostra Vienna, die vigesima quinta Aprilis, Anno Domini millesimo. sexcentesimo quadragesimo quinto, regnorum nostrorum, Romani nono, Hungarici vigesimo, Bohemici vero decimo octavo.

Ferdinandus,

V. t.

Ferdinandus Comes Curtius.

Ad mandatum Sac. Caf.

Maj. tis proprium.

Joan V Valderode.

Erlacus &  
M. serus in  
Alsatia re  
prosperè ge-  
runt.

Hæc rerum facie Dominus ab Erlach, vigilum Generalis Præfectus, & Brilacensis præsidii Ephorus; nec non Benfeldiani munimenti Defensor primarius, Molerus, militum Tribuanus, cognito per Stollhofil, Lichtenavii, Cuppenhemii, V Villstadii, Oberkirchæ, Gengenbaci, pluriumque aliorum locorum præsidia vicinis terris non leviter excurrando incommodari, postquam aliquot millium partim equestrem partim



partim pedestrem exercitum coegissent, Aprilis. dicta omnia illa loca ad obsequium facile Anno redegerunt, isdemque nunc Gallica nunc 1645. Suecica praesidia immiserunt. Saragebat quidem dictus Erlacus & VVildenstenianorum excursions eadem via coercere, quo fine 15. Aprilis nonnulla militum ingna eo deduxit. at cum videret, arcem illam, ob incredibilem litus altitudinem, non nisi fame cogi posse, machinis aliò devehijussis, centenos aliquot milites ibi reliquit, qui eam circumfiderent.

Prædictum munimentum **Stollhofen** Marchionatus Badenensis Gallorum protectionem amplectitur. Marchio Badensis Guilielmus certis cum conditionibus Erlaco tradidit; in quo cum Calendis Aprilis memoratus ab Erlach, & Moserus, apud dictum Marchionem prandium sumpsissent, sexto demum Aprilis praesidium cum sarcinis & impedimentis Badenam discessit, Galli verò urbem suo milite communierunt. Ajunt verò inter utrasque partes convenisse, ut dictus Marchio in posterum sub Regis Galliarum protectione in terris hisce tranquille degeret, omnes verò redditus ex arbitrio Regis impenderentur. Quo firmissimo reputato loco sine hominis jactura, & machinae dispositione occupato, cum universus quoque Marchionatus se accommodasset, Erlacus & Mo-



Aprilis. & Molerus cum commilitio deniq; ad suos  
Anno redierunt.

1645. Hallam præterea Suevorum confœde-  
Halla Sue- ratus Gallorum exercitus persuasionibus  
vorum Gal- occupat, urbe, sub centurionis cuiusdam  
los a limit- inspectione, 150. militum duntaxat præli-  
tit. dio communita. Dehinc circa medium A-

prilis citra omnium expectationem, subla-  
tis ex Suevia castris, in Franconiam recedit,  
Mergenthemium, Roringam, Aybium,  
VVeickershemium, Membrahemium,  
Coperstadium & Kaltenbergstetten, atq;  
ita universum districtum Oxenfurtensem,  
imò & in Tubera convallibus, quævis op-  
pida & pagos milite complet, qua tamen  
in vicinia brevi post fœda admodum strage  
affectos Gallos esse, mox infra audiemus.

*Ostenta in  
cælo Vien-  
nae Noriber-  
& locorum  
alibi obser-  
vata.*

Ad 14. & 4. Aprilis post meridiem ab  
hora prima usque ad secundam supra No-  
riberga Sol sanguineo planerubore clare-  
scere visus est. Postero die circa noctem  
haud procul illinc in Tulnaviæ vicinia i-  
gnitos globos cælo decidisse referunt, qui  
postmodum manibus contrectati in cine-  
rem versi abierunt. Die 18 & 28. Draconem  
ignivomum in aëre, tres itidem gladios in  
Sole apparuisse aiunt. Adhæc Weissen-  
burgi propè molendinum verus & circa  
Alleshemium Solem cum tristi admodum  
facie



facie surrexisse, ac denuò ignitos globos in Apriliis.  
 aëre circumferri visos fuille. Uffenhemio Anno  
 transcriptum accepimus, vigesima Aprilis 1645.  
 lis solem, qui maculis inter rubrum & ni-  
 grum distinctis deformis illuxerat, nemi-  
 ni non aspicientium horrorem iniecisse,  
 moxque sanguineis globis instar humano-  
 rum cordium, 10. aut quindecim numero,  
 uno eodemque lapsu cælum pluisse. Lite-  
 ris Viennæ 1. 11. Maii exaratis asseritur, die-  
 bus antè horrendum omninò portentum  
 supra illa urbe conspectum in cælo esse,  
 dùm Sol in sanguineum colorem se peni-  
 tus mutavit, atque ex circulo eius vir qui-  
 dam cum acinace prodiit, quem secuti  
 sunt multi igniti sanguineique globi inter  
 se concertare visi, unde Sol usque ad occa-  
 sum suum cum tremore laborare depre-  
 hensus sit.

Sublato dictum in modum apud Lon-  
 dienses Cantabrigiensi Episcopo, Parle-  
 mentarii in conficiendo novo 21000. mil-  
 lium armatorum exercitu toti erant occu-  
 pari, qui constare debebat sexies mille e-  
 quitibus, mille dimachis, & 14000. pedi-  
 tibus, in singulas legiones singulis 1200.  
 capitibus distributis. Sumptus sustinendo  
 tanto corpori menstruatim in quadragies  
 quater mille, nongentas & quinquaginta

*Berum Aug.  
 glicarum  
 continuata  
 narratio.*



Aprilis.  
Anno  
1645.

quinque Sterlingorum libras excurrebant, quam ingentem pecuniarum vim ex omnibus comitatibus colligere constitutum erat, cui exercitui Thomas *Fairfacius*, Eques, ceu summus Imperator præesse deberet, Comitibus *Essexiæ* & *Manchestriæ* nescio quibus de causis ab hac dignitate remotis. Equitatus curam habere debebant, *Scipponius*, vigiliæ Generalis Præfectus, & cum hoc militum Tribuni, *Middeltonius*, *Schefildus*, *Sedneius*, *Graves*, *Flertuvendus*, *Vermudius*, *Wallaus* & *Richius*. Peditatui adesse jubebantur Tribuni, *Crafortus*, *Holbornius*, *Barqueleius*, *Fortes*, *Crevius*, *Ingelsky*, *Montagius*, *Piekeringius*, *Aylifius*, *Meldius* & *Adrigaus*; convenerat enim apud Parlamentarios, ne in hunc exercitum ullus quidem eorum, quale etiam fuerit, imperium haberet.

Ad 29. Ianuarii, Rex & Parlamentarii Conventum de pacis reducendæ negotio *Uxbridgæ* habere decreverant, verum nihil ibi operâ dignum effici potuit. Parlamentariorum propositio in tribus duntaxat articulis consistebat, quorum primus *militiam*, alter *Religionem*, postremus *Hybernicos motus* concernebat. Regis petita octo præcipuè capitibus absolvebantur, quorum primo volebat, *ut reditus regij, sa-*

ves



ves & proventus, quotquot durantibus hisce Aprilis  
 motibus sua Majestati detenti sunt, restituere Anno  
 rentur, eidemque regendi ac gubernandi pro 1645.  
 ut ante subditos integra facultas tribueretur.  
 Secundo, quidquid contra regni Statuta aut  
 in diminutionem juris regij factum publica-  
 tumque est, revocaretur, nec in posterum  
 eiusmodi aliquid exerceretur aut practicari-  
 tur. Tertio, quicumque Regis subditi, quot-  
 quot eorum jussu Parlamento in carceres de-  
 trusi fuerunt, ex tempore in libertatem assere-  
 rentur & relaxarentur. Quarto, Papis-  
 mus supprimeretur, liber precationum ordi-  
 nariarum reformaretur, idemque ab omni-  
 bus erroribus vindicaretur. Quinto, pro sub-  
 levandis infirmorum conscientis, certa liti-  
 ra patentes conscriberentur. Sexto, pro Chri-  
 stianæ eiusque reformatæ religionis incolumi-  
 tate synodus nationalis quantocypus indicere-  
 tur. Septimo, quibusvis ab reconciliatione  
 universali exclusis vigore Constitutionum re-  
 gni, coram iudice competente comparere libe-  
 rum esset, ibidemque audirentur, ut postmo-  
 dum pro causæ qualitate aut absolvantur aut  
 condemnentur. Et denique octavo, seposita  
 omni mora, armistitium & liber commercio-  
 usus concluderetur.

Etli verò in principio horum tractatū  
 nemo non sibi spem faciebat, de pace poi-



Aprilis.  
Anno  
1645.

ro subsequuta; in vanum tamen laboratum est, Deputatis Londiensiū, post exactum viginti dierum, de quibus inter utraque partes in congressus principio convenerat, terminum, 24. Februarii, re infecta domum redeuntibus. Dehinc igitur onerosæ pecuniarum exactiones in quatuor menses extensæ, militum conscriptiones quàm mari quàm terra continuatæ, atque insuper Warvico navarcho injunctum ut coacta gente classaria viribus suis, in quantum posset, uteretur.

Comes qui  
per Hyber-  
niam Londini  
supplicio af-  
fectus.

Londini, mense Februario, Comes quidam Hybernus, nomine Macquartius, propterea quòd in Hybernia cruenta claudis causa extitisse ferebatur, caudæ equi cuiusdam alligatus & ex carcere ceu proditor protractus, postmodum in suppliciis destinato loco quasi vivus adhuc quadiisartiam partitus est. Tunc quoque Regi urbem & munitionem Weymuthum strata gemate interceperunt, tribunum Sidenham lethaliter vulnerarunt, eiusque legionem penitus conciderunt. Literis Londiensiū confirmabatur, Equitem Alexandrum Carie conceptam Plymouthi traditionem capitis amissione luisse. Navis quædam, quæ certos religiosos in Hyberniam portare debebat, per Capitaneum  
Mun



Munquetum intercepta, suos vectores de  
 maiori parte in oceanum expulit. Tri-  
 bunus Mitton urbem Schrosbury, dolose  
 oppressit, inbique complures provincia-  
 rum nobiles, regisque affectas interemit.  
 Die 19. 29. Martii, ob expugnatum felici-  
 cum successu Shrors - & Scarborough Lon-  
 dini jejunia & preces publicæ habe-  
 bantur: 26. eiusdem Parliamentarii de cō-  
 tinuando adversus Hybernos bello deli-  
 berationes habebant, in ijsque affirmative  
 concludebant. Tertio Aprilis Fairfacius  
 Eques, nunc militiæ summus Præfectus  
 Winforam profectus fuerat, ut novum il-  
 lum, quem supra innuimus, exercitum in  
 legiones & signa redigeret, cui inter ce-  
 tera commissum erat, ne ulli locorum, vel  
 si Rex ipse præsens adesset, parceret.

Indicatum est in superioribus, lector  
 benevole, qua ratione circa medium Apri-  
 lis conjunctus Gallorum Vinariensiumque  
 exercitus, relicta Suevia in Franconiam re-  
 cesserit, atque ibidem latè circum militem  
 suum legionatim in hospitia distribuerit.  
 Postquam itaq; de hoc inter Bavaricos ple-  
 nariè innotuit, nec Serenissimo Bavaria E-  
 lectori ignotum esset, quantis modò viri-  
 bus suæ & Imperii copiæ, restauratis ex de-  
 bito legionibus, pugnare valerēt, ex ea cau-  
 sa di-

Majus,  
 Anno  
 1645

*Pugnantes  
 Bavaricos  
 & Gallo-  
 Vinarienses  
 propè Mer-  
 gantheim  
 commissi  
 representat  
 110.*



Majus.  
Anno  
1645.

sa dicti Electoris serenitas per Dominum  
Teyfingerum, Consiliarium suum belli-  
cum, mandari fecit, ut eò potissimum bel-  
licæ deliberationes inter suos institueren-  
tur, quo hostes ex improviseo validè affligi  
possent. Hoc igitur tentaturi Bavarici, die  
4. Martii legiones Feuchtrvvangio inoven-  
tes, in summo silentio, ita ut nec tubarum  
nec tympanorum strepitus audiretur, un-  
de Galli ad arma proficere facile potuissent,  
intra hostium hospitia prodierunt, prima  
nocte ad Bretfeldium, dimidio à Mergen-  
themio itinere, substitierunt, illinc autem  
postridie, quamprimum illucescere inci-  
piebat, furtim admodum Mergenthemium,  
ubi Turenii primarium erat hospi-  
tium, properarunt. Nunc igitur ubi non  
nisi exigui miliaris longitudine à Mergen-  
themio, quàm in editiore quodam loco pa-  
gus Herbsthufium cõspicitur, abessent, de-  
prehensum est, Gallorum nonnullas tur-  
mas jam in procinctu stare, quâ causa Ba-  
varici, quantum fieri possibile erat, festi-  
nantes suam quoque aciem formare non  
desistit, cum interea fulminum machi-  
narum fragor latè omnia compleret. Co-  
gnoscentes autem Bavarici, Gallis ex ho-  
spitiis continuò novas legiones in auxili-  
um submitti, consultum fore duxerunt,  
absque



absque ulteriori cunctatione pleno agmine in illos irruere, id quod etiam dato symbolo fecerunt. Primum eumque vehementissimum imperum Gallorum peditatus non sine egregia sui defensione fortiter sustinuit, & tamen paulatim retrocedere coactus fuit. Hoc damnum resarturi Galli, lævum aicei suæ cornu (in quo præcipuus equitatus valor hærebat) Bavaricorum dextro validè ad eò opposuerunt, ut ordinem eius non nihil confunderent, & quantumvis ala Bavaricorum sinistra Gallos jam antè non leviter afflixerat, eisdemque erepta propugnandi commoditate, & sylva, qua tecti latebant, intercepta, usque ad pagum Herbsthausen profugere compulerat; victoria nihilominus ad partes Gallorum inclinare visa est: id quod evenire etiam facilè potuisset, nisi Kolbius, cum tribus armatorum manipulis confestim accurrens, fugitivos dextri cornu ad prælium reduxisset. Quandoquidem igitur hæc Bavarici equitatus Generalis, Baro de Werth, cum turmis aliquot ex sinistro cornu subsidio venerat, & Winterscheidius Tribunus peditatum in auxilium tempestive adduxerat; quare lævum denique Gallorum cornu in fugam actum est, pedestresq; legiones, quæ

Majus.

Anno

1643.

salu-



Majus.  
Anno  
1645.

salutis causa in pagum illum confugerant, ab Electoralibus magno cum furore concisæ, ut ex universo Gallorum peditatu, quantum quidem Bavarici referunt, vix viginti evaserint, qui non cæliant intercepti fuerint.

*Mergenthemium interceptum.*

Quare tam feliciter gesta, copiæ Bavaricæ Mergenthemium evestigio progressæ sunt, quam arcam Galli præsidio communitam reliquerant, quæ tamen postero die victorum se arbitrio permisit, militibus 570. ad Bavaricorum signa spontè transeuntibus.

De numero interfectorum ex utraque parte (qui non exiguus esse creditur) nil nobis certi constat. Hoc tamen secure credi posse aiunt, Gallos amisisse peditum signa 32. equitum duodeviginti, & quatuor alia, per Cæsareorum militum quandam cohortem, quæ ex Franconia hostem speculatu accurrerant, intercepta. Amissæ quoque sunt omnes machinæ, quotquot earum Galli secum habuerant, & in acri hoc conflictu intercepti, Campi Marescallus Schmidbergius; Generalis vigilum Præfectus de Rosis; Generalis Major de la Motte; Generalis vigilum Magister, Baro de Bassage; Legati duo; Majores quatuor; equitum Præfecti & Capitanei 25.

Vica-



Vicarii 28. Signiferi quæ pedestres quæ e-  
questres 23. minorum gentium Officiales  
76. & deniq; gregarii 1464. partim equi-  
tes, partim pedites. Turennius autem bi-  
nis equitum legionibus stipatus fuga sibi  
consultit

Majus:  
Anno  
1645.

Post obtentam insignem hanc victori-  
am Electoralis exercitus per montanum  
tractum descendens, Umbstadii, uno cir-  
citer à Darmstadio miliarî; cum castris  
nonnihilum substitit. Illinc legionum a-  
liquot signa ad Gernshemium (cuius loci  
die 13. 23. Aprilis Gallæ ex Spirensi præsi-  
dio astu potiti fuerant:) dimissa sunt, quæ  
urbem illam unâ cum arce, commeatus  
annonarum penuria, intra paucos dies rece-  
perunt, Germanos in militiam Electoris  
transcripserunt, Francos autem numero  
circiter 250. cum expansis signis dimise-  
runt. Quare feliciter gesta, omnis exercitus  
Umbstadio movit, & 21. Mai propè Hôch-  
stam oppidulum, quod est unius horulæ  
infra Francofurtû itinere Mœnum trajecit.

Gernshe-  
mium Bæ-  
varicire-  
cipiunt.

De hinc in Hassiam procedens, 24. eiusdē  
Amœneburgum ab obsidione, quæ in se-  
ptimum jam mensem duraverat, feliciter  
liberat. Porro Kirchhainam de expugna-  
tione tentat, quod oppidulum cum 7. vel  
800. scloppetariis aleret, quibus manda-

Amœne-  
burgum ab  
obsidione  
liberant.  
Kirchhai-  
nam inter-  
cipere no-  
to querunt.



Majus.  
Anno  
1645.

to Principis Landgraviæ iniunctum erat, illud ad extremum vitæ halitum defendere, Bavaricis multa negotii faceſſebant. Licet enim in tertium uſq; diem obſeſſos machinis pertinaciter oppugnarent, ignitoſque globos immitterent, effectu tamen frustrati ſunt. Quandoquidem autem locus hic non eius erat momenti, ut preſoſo militum ſanguine eius occupatio emeretur, conſultius fore duxerunt generoſi exercitus Bavarici Duces, cum copiis aliò tranſire. Qua de cauſa, die 29. Maii ab obſidione illa penitus deſtiterunt, univerſi autem exercitus ſigna ad Mœnum reſeſerunt, ubi legiones equeſtres propè Stenhemium flumen trajectæ ſunt, peditatus autem Aſciaburgi per pontem illum in alteram Mœni ripam deſcendit, in quam viciniam paulò poſt omnes legiones convenerunt.

*Sueci ac  
Haſſiaci  
cum Fran-  
cis ſe con-  
iungunt.*

Inter hos Bavaricorum progreſſus, Königsmarciac Haſſiaci acciſas Francorum vires novis recentium militum ſupplemētis reſtaurant: nam ex ea cauſa Martiſ Gallicani Generalis Turennius Caſtellaſ venerat, ubi non tantum ſubſidiorum promiſſionem, ſed & cum diſpoſiſ binis machinis in urbem admiſſus eſſet, 2. generoſiores equos à Landgravia in donum accepit.



pit. Decies jam coelo luxerat Maius, cum *Majus.*  
 prædictus Turennius Castellis discederet, *Anno*  
 inter quæ & Königsmarcū paucis post die- *1645.*  
 bus cōjunctio propè Warburgū facta est,  
 quorum exercitum Geysius, Hassiacarum  
 copiarum Generalis, quinquies mille ar-  
 matorum accessu plenariè adauxit. Habi-  
 to itaque die 23. Maii circa Fritzlarium u-  
 niversarum copiarum delectu, armatorum  
 sedecim millia numerata sunt, in re autem  
 tormentaria, machinæ grandiores qua-  
 tuor, earum quæ 12. librarum globos emit-  
 tunt, octo, quas verò legionarias appel-  
 lant, 12. vehebantur, ex qua vicinia con-  
 fœderati hi exercitus brevi post Ziegenhai-  
 nam, Marpurgū ac Giessenam versus mo-  
 verunt, ubi præter com meatum jam in ca-  
 stis hærentem, uberior Castellis advectus  
 fuit.

Subiungemus in præsentiarum, quæ nã *Notatu di-*  
 hoc circiter tempore Viennæ, & apud Cæ- *gna apud*  
 saris aulam, scitu digna evenerunt, idque *Vienenses*  
 synoptica quadam narratione. Nono Maii *mense Maio.*  
 læta illa nuntia Viennam pervenerant,  
 quibus significabatur, Bavaricos insignem  
 à Francis victoriam reportasse: Gallos ad  
 Rosas in Catalonia graviter afflictos; Tor-  
 stensonianos, ubi tertio assultu Brunnam  
 oppugnassent, cum mille circiter militum

G a

jactu



Majus.  
Anno  
1645.

jaçtura depulſos fuiſſe. Eodem die Comes Buchhemius Pro-Campi Mareſcalus, in horto quodam extra urbem nuptiale habuit convivium, poſtquam cum Comitiffa à Megau copulationis actum ſolemniter perfeciffet. Decimo quinto, ſevera quadam Sac. Cæſ. M. tis propoſitione imperatum eſt, ut intra quatuordecim dies cuiuſvis ſtatus, ordinis, conditionis, ſexus, & ætatis homines, certam ſed cuius facile tolerabilem pecuniæ ſummam loco conſtituto conferrent, ſub inevitabilis pœnæ comminatione, qui mandatum hoc temere tranſgreſſurus eſſet. Paucis diebus ante confirmatam matrimonii cum Megavia initi ſolemnitatem, Buchemius & Comes à Kuffſtein, cum centum circiter equitum ſatellitio, ex mandato C. M. tis ad Torſtenſohnium ablegabantur, ut de redimendis captivis cum ipſo tractarent, & ſimul octoginta Imperialium millia præſenti pecunia lytri nomine numerarent; quod negotium adeò ſucceſſit, ut brevi poſt quicumque militiae Cæſareæ Duces intercepti in priſtinum libertatis ſtatû aſſerti dicantur.

*Electoꝝ Tre-*  
*virensis*  
*Vienna*  
*diſcedit.*

Die decimo Maii Eminentiffimus Archiepiſcopus Trevirensis, S. R. Imp. Princeps Electoꝝ VALE ultimûm apud Cæſarem



Majus.  
Anno  
1645.

rem dicto, honorificentissimè Viennâ dimissus est, navali itinere in Imperium ascensurus. Dicitur Princeps, postquam cum tubicine & comœatu Suecico Cresum appulisset, Torstensohnius in honorem eius machinas displodi mādavit, amicè tractavit, & post habitum cum ipso familiare colloquium à se porrò honorificentissimè dimisit. Crematio Eminentia sua Patavium digredietur, in quam civitatem triumphantis more itidem deductam intelligimus fuisse, ex illa verò suum iter Monachium versus instituit. Die Saturni 17.27. nostri mensis, ex urbe Viennensi machinæ aliquot & igniaræ catapultæ, cum pertinenti annona tormentaria, in munimentum trans pontem vehebantur: & cum sequenti Dominica de clade Gallis ad Mergenthemium illata, hymnum D. D. Ambrosii & Augustini cantando machinasque displodendo, solenniter triumphatum esset, eo adhuc vespere Archidux, Gallassius, & cæteri majores Officarii, in dictum quoque munimentum conscenderunt; quod cum sequenti die in ruinam concutifecissent, apertaq; ingenti ruina, Archidux trecentos milites transportari navibus mandasset, qui per eandem impetum facerent, defensores eius vitæ gratiam exposcebant,



Majus.  
Anno  
1645.

sciebant, eamque facile impetrarunt, illinc  
in urbem Viennam deducti, munimen-  
tum verò illicò reparatum Archidux vali-  
do præsidio & sufficientibus machinis cõ-  
muniri mandavit. Hoc ipso die, nimi-  
rùm 31. 21. Maii, circa meridiem, Cæsa-  
reæ suæ M. us ad Portam Ottomannicam  
nuper Legatus, Comes Hermannus à  
Tschernin, Cõstantinopole Viennã felici-  
ter rediit, & cum ipso Sultani quidam alius  
Legatus, quos utrosque pomposè admo-  
dum in urbem deductos fuisse perhibent.

Motuum  
Ragoziano-  
rum diffi-  
cultas.

Quantum ad Ragozianos motus, hisce  
componendis memoratus Archidux o-  
mnem movebat lapidem. Hinc cum Cæ-  
sareos non lateret, Torstenohnium ac  
Transsylvania Principem in id unicè incũ-  
bere, ut validum aliquot millium armato-  
rum exercitum conducerent, magnoperè  
præcavebāt ne hoc fieret. Ex ea causa Buch-  
hemius Pro-Campi Marecallus cum ali-  
quot millibus ad fluvium Wagam usque  
obviam excurrit, viribus autem impar, re  
infecta cedere coactus est, legionibus eius  
Posonium usque profugientibus.

Posonienses  
Casari fidẽ  
& firmitatẽ  
caterius

Serenissimus Austriae Archidux cum cir-  
citer medium Maium dictam urbem in-  
gressus esset, continuò Magistratum Poso-  
niensem ad se accersi jussit, atque ex eo-  
dem



dem Cæs. M. tis nomine quæsit, quantum sibi sua Maiestas & ipse in casu necessitatis, de fide & constantia non tantum Senatus, sed & universæ civitatis, polliceri possent: cui respondens sine cunctatione Magistratus, Caput & Directorem, aut Archiducem, aut Palatinum, petiit, quem si præsentem haberent, rem ex utraque parte salvam fore: sin minus de civitate securi nihil promitti posse, Magistratum partibus Sac. Cæs. Majest. & Archiducis nunquam futurum. Quod si verò accideret, Dominum Palatinum, uti nuper factum, cum hostes huic urbi proximè imminere falsò dicerentur, & Conservatores Coronæ, cum Coronæ & eius pertinentibus deserta civitate Laurinum transfugere, valdè se dubitare, num absente Governatore civitas in obsequio retineri, conservarique urbs possit. Arcem itaque Posoniensem Archidux 400. militum præsidio communiit, civitatem verò mille in sui defensionem armatos alere voluit, addita promissione, fore, ut nulli hostium discrimini temerè exponatur.

Majus.

Anno

1645.

quarantes  
stipulante.

Partium Suecicarum tribunus Duglasius tunc temporis cum suorum & Hungarorum aliquot millibus Tirnaviam, Hungariæ inferioris urbem non postremam, conditionibus expugnaverat, religiososq;

Tirnavia  
capta &  
amissa.



Majus.  
Anno  
1645.

*Nec Rens-  
burgi in  
Holsatia,  
nec Brunna  
in Moravia  
obsidio Sue-  
cis feliciter  
succedit.*

cum sarcinis & pertinentibus dimissos, Posonium deduci fecerat; quam primum autem dictus Duglassius illinc alio digressus fuerat, cives pontifici urbem illam Cesareo Generali, Domino Adamo Comiti Forgatschio, tradiderunt, Ragozianum autem præsidium incolume quidem dimiserunt, quod tamen permittente Forgatschio recula sua postmodum emuncta perhibetur.

Lentè quoque in Holsatia Rensburgi obsidio, nec feliciter Brunna in Moravia Suecis successit, hac quidem virtute defendentium conservata, illa verò cæli injuriis mirabiliter protecta. Danici, cum 450. militum commilitum ex Tycho-politano & Ciempensi præsidii conduxis-  
sent, Wrangelianos in primaria ante Rensburgum statione subito opprimere cogitabant, quo fine in pagum usque Gebenstatt, qui unius duntaxat milliariis via à castris abest, progressi fuerant, ibidemque ex utrisque hospitantibus cohortibus equestribus, præter equitum Præfectum 20. equites interceperant, 17. autem vulneraverant, hoc effectu cõtenti ad suos redire parantes. Cognoscens verò interim Wrangelius de hac impressione, quotquot ex tempore colligere potuit equites, submit-  
sit, qui cum trium circiter milliarium itinere à castris in Danicos incidissent, non tantum



tantum inæ partis captivos liberarunt, quin etiam vindictæ cupiditate ducti, 250. in conflictu trucidarunt, 165. verò castris captivos intulerunt.

Majus.  
Anno  
1645.

Sub exitum mensis Maii, confœderati Belgii Ordinum classis, navium bellicarum sexaginta trium numero ex Hollandia discessit, cuius vectoribus injunctum fuerat, ut Regiæ Danorum Majestati consuetum vectigal solverent: quod si verò hoc non contenti Danici classem Hollandorum tormentis infestare præsumerent, à nullis hostilitatibus abstinerent, quin potius vi armata classem & reliquas ei junctas naves Sundam traducerent, de quo Statuum Hollandiæ proposito Rex per expressum cursorem certior factus est. Ex hac classe navigia duodecim bellica in mādatis habebant, certorum mercatorum merces & naves in Norwegiam præsidio deducere; cæteræ autem 51. & 326. mercatoriæ naves, octavo Junii ad fretum Danicum vulgò Sundam appulsæ sunt; ubi postquam unicum saltem diem & noctem subsistendo extraxissent, nec hominum quisquam in continentem descendere ausus fuisset, sublatis demùm ancoris, cum erectis velis & expansis vexillis, sine venia & non penso vectigali, è regione Coronæburgi (ubi Rex è fenestra prospiciens

Classis Hollandorum  
in Daniam  
contendit,  
fretum illud,  
quod vulgò  
Sundam  
appellant,  
transitura.



Majus.  
Anno  
1641.

hæc omnia suismet oculis observare potuit ) per Sundam in mare Balticum transferunt. Classis Hollandicæ Amiralus V Vitte- V Vittesenus in primo ordine erat anterior, qui cum regem ex arce prospicientem videret, capitis tantum sui denudatione præsentiam eius venerabatur, quem reliquæ omnes naves illicò subsequutæ sunt, triumque machinarum dispositione significatum, classem Batavorum Sundam feliciter navigasse. Hoc factò, mercatoriarum naves quæque ad suum locum descenderunt, bellica autem Hollandorum navigia à freti Danici termino Hafniam usque mare illud occuparunt: quæ *bravade* seu audacia regem in tantum pupugisse dicitur, ut ex hac causa classi aquam dulcem negaret, atque ex Hollandorum navarcho quæri mandaret, cuius mandatu iussus esset, classem suam Hafniæ ad eò proximè admovere; cui respondit, non sine superiorum iussu se hoc fecisse.

Galli &  
Hollandi  
bellum co-  
quant.

Interea Hollandi in patria quoque bellum parabant, quo sine Scatus illi ingentem pecuniæ vim collegerunt: eius cum non levem quoque summam à Franciæ Rege accepissent, insuperque per eius Oratorem, Dominum d' Estrades, ipsis significatum esset, quam parte Franci hæc æstate



estate bellum imprimis gesturi essent, ut Majas huic proposito confederati ordines suum Anno quoque conforme facerent; ea propter su- 1648.  
 cepti belli expeditio per universam Hollandiam fervere admodum cœpit, quippe Auriacus Princeps, die 19. 29. Mai, prope Dorrechtum, Bredaviam versus ad militū ibi habēdos delectus profectus est, Brederodius autem, Campi-Marescallus, paucis diebus antè, cum multis navibus, peditum 80. equitum viginti signis, 18. machinis & ingenti comœatu tormentario, Ramekenam in Selandia contendit, quem Auriacus cum 23000. peditum, equitum verò 5000. castris subsequiturus erat, quantum exercitum Hollandi intra decennium non aluisse dicuntur: quo eodem tempore Aureliæ Dux vicinæ Grevelingæ & Teroanam interjacenti, haud procul à Dunkerka, formidabiles 26000. militum copias infudit, dictamque Grevelingam terrā quasi obsedit, quod ne sine difficultate fieret, militia Hispanicæ Duces sollicite præcavebant.

Molientibus hæc in Flandria Gallis eadem natio in Catalonia ROSAS decerpit, infestas spinas Hispanis relinquens. Cū enim hanc obsidionem non sine labore hætenus traxisset, & præter expugnata firmissima

Rosa in Catalonia per Gallos decerpit.



Majus.  
Anno  
1645.

missima aliquot propugnacula, Divi Ioannis quoq; cuniculis disiecisset, in qua ruina Hispanorum ducenti propè in aërem excussi sunt, adhæc 27. Maii unus omnium in obsessos & quidem efficacissimus impetus factus esset; quare necessitate victus Gubernator, Dom Diego Cavallero de Illescas, proximo die, propterea quod non 10. amplius ædes à ruina salvas in urbe haberet, de deditioe cum Gallis undecim capitibus pactus est, quorum vigore die 29. Maii cum sarcinis & impedimentis, 4. machinis, 800. peditibus, equitibus 60. Valentiam discessit, Galli verò urbem tribus 2500. militum legionibus communiarunt, in qua reperisse scribuntur, machinas 34. globorum missilium cētenarios 2000. pulveris igniarii centenarios 180. panis bis cocti centenarios 2000. frumentorum diversi generis medimnos seu modulus 16000. & præter hæc funiculorum incendiariorum ingentem quantitatem.

Castellum  
de la Tri-  
nité Fran-  
cis tradi-  
tum.

Dehinc in castellum sive arcem *de la Trinité* (quæ unius saltem milliaris via ab urbe rupi infidet, cuique privatus quidam Director, cum 50. duntaxat militibus, præerat: ) vires conversæ sunt, quæ cum vix centum quinquaginta machinarum insultus sustinuisset, iisdem ferè conditionibus, qui-



quibus urbs reddita fuerat, se dedit, die *Majus:*  
Junii novi quarto. *Anno*

In Misnia Reichwaldus, Tribunus Sue- *1645.*  
cicus, urbem quoque & arcem Torgam, die *Torga cum*  
17. 27. Maii, post levem oppugnationem, *arce Suecis*  
vitæ necisque in Saxonicos potestate sibi *succumbit:*

servata, expugnat, præsidium Lipsiam  
captivum transmittit, eaque in arce pulve-  
ris igniarum centenarios sex, glandes sclope-  
tis aptas quinquies mille, funiculorum fa-  
sces 18. granatorum manu missilium cistas  
tres, dolia cerevisiæ plena septem, & farinae  
modios 60. reperit.

Ne verò expeditionis Turcicæ omnino *Expeditiōe*  
obliviscamur, literis Bizantii undecimo *nis Turcicæ*  
Maii perscriptis refertur, *trigesimo Aprilis* *cōtinuatio:*

*Classem Turcicam ex illo portu ad partem il-*  
*lam, quæ Asiam spectat, concessisse, postero au-*  
*tem die summo mane iter plenè ingressam esse.*  
*Navarini, ibique in sinu Coronensi, qui est in*  
*Morea sive Peloponeso, universum exerci-*  
*tum recensum iri, ubi cum illis, quas Barbari*  
*in auxilium miserunt, & quæ ab Alexandria*  
*ex Ægypto advectæ sunt, centum circiter tri-*  
*remes convectum iri, cum Galionum longè*  
*quidem minori numero, & centenis aliquot*  
*navibus intermediis, Sayris & Caramossalis.*  
*Exercitum, unà cum nautarum remigumque*  
*impedimentis, centum hominum millibus aut*  
*circi-*



Majus.  
Anno  
1645.

110

Mercurij Gallobelgici

circiter consistere, eique vilis conditionis Praefectos adesse, in primis autem Amiralium Schulichtar-Bassam, virum ceteroquin non contemnendum, scientia vero atque usu nauticarum rerum minime instructum. Nec desse quoque, quod in ruinosis & longo in maiorem partem usu detritis irremibus, quodq; in reitormetaria directione, & id genus aliis, desiderari possit, ut difficile non futurum sit, tantam hanc classem, conjunctis eorum, quorum interest maris septentrionalis oram sariam rectam conservari, Magnatum Principumque Christianorum viribus (si saltem tenuem earum partem Turcis in mari apponere non dubitarent:) supremi imprimis numine permittente, dissipari atque ad paucitatem redigi. Iam vero videri velle, quemlibet extrema potius expectare, vigilasque suas in terra duntaxat firma constituere, quam mari se credere, Turcasque preveniendo adorimalle; quo torpore & negligentia excitati hostes, verendum esse, ne pedem forte in continentem ubiubi sit exponant, tantumque terrarum sibi rapiant, quantum ad Christianum orbem postmodum affligendum plus satis sufficiat; in quem finem validum equitatum, & alium pertinentem apparatus navibus apportari. Bellum quidem hoc contra Meliten insulam pronuntiatum fuisse, quo autem in effectu



effectu sit inclinaturum, à Deo expectandum esse. Hæc ille.

Majus,  
Anno

1645.

Quinque Tunetanorum navigia, cum tria Venetorum, quæ comneatum in Cretam insulam deportare debebant, obviam haberent, impetum quidem in illa fecerunt, ast cum trium submersorum jactura in fugam versa sunt; quam ob causam Turcarum Imperatoris mandatu Reipublicæ Venetæ Oratorem Byzantiæ arresto constrictum, Regis autem Galliarum Legato (propterea quòd pyraticæ Gallorum naves a plustribus Turcicis usæ fuerant: ) ex hospitio suo quadraginta Regalium millia ablata, quosvis verò eius nationis in illa civitate catenis vinctos fuisse, Venetiis transcribitur.

Venetorum,  
Regisq; Gal-  
liarum, O-  
ratores, Cõ-  
stantinopoli  
injuriam  
patiantur.

Classis Turcicæ apparatus in his sequentibus potissimum constabat, nimirum sexcentis grandioribus Caluppis, quibus peditatus vehendus erat; centum octoginta navigiis bellicis vastioribus: centum viginti triremibus: triginta galeassis: decem galionibus: centum triginta maximæ capacitatis Caluppis, in quibus omnis generis materialia gerris cratibusque contentendis apta vehebantur: peditum ducentis equitum quindecim millibus: panis bis cocti centenariis trecentis millibus: Cor

Classis Tur-  
cicæ appa-  
ratus.



*Majus.**Anno**1645.**Venetianer-  
Flotte.**Quarta**Septima**Octava**Nonna**Decima**Undecima**Duodecima**Tridecima**Quartodecima**Quintodecima**Sextodecima**Septodecima**Octodecima**Nondecima**Decima**Undecima**Duodecima**Tridecima**Quartodecima**Quintodecima**Sextodecima**Septodecima**Octodecima**Nondecima**Decima**Undecima**Duodecima*

Corbium portandæ terræ centenis milli-  
bus : ligonum sexaginta totidemque pa-  
larum, & rutorum triginta millibus.

Venetie contra in classe sua numera-  
bant, 60. triremes, octo Galeas & 24.  
navigia bellica, quibus mandatum erat,  
Bellum non offensivum sed defensivum ge-  
rere. Genuentes in gratiam Pontificis duo-  
decim triremes conficiebant, ex quorum  
civitate Messinensis Respublica ingen-  
tem commeatum bellicorum annonam  
presenti ære comparatam in Siciliam de-  
portaverat. Aiunt hoc ipso mense Me-  
litensium triremes urbium quendam mu-  
nitorem Turcicum in mari interceptisse,  
qui accuratam insulæ Melites, cui de mili-  
te defensore & annona in annos sufficien-  
te optimè tunc provisum erat, eiusque  
munitionum delineationem secum habe-  
bat.

*Rerum An-  
glico-Scoti-  
carum ul-  
terior ex-  
pletio.*

Belli præterea Anglo-Scotici difficultas  
indies magis magisque ingravescebat. Prin-  
ceps Auriacus Junior hoc mense per ex-  
pressum Regis Britanniae curierem, aureæ  
periscelidis Ordinem multis cum ceremo-  
niis Hagæ Comitæ accepit, qui referebat,  
fortunam Regis nulli non patriotarum vi-  
deri magnæ mutationi proximam, & cum  
Parlementarii veterem prophetiam, qua  
moder-



modernus Rex Coronæ huius ultimus præ- Majus  
 dicitur, probè observent, nullis porro tra- Anno  
 ctatibus aures dare velle, id quod ex omni- 1645.  
 bus eorum actionibus plus latis elucescat.  
 Die 21. Maii Parlamentarii milites Regios  
 ab obsidione Castelli Tauton penitus de-  
 pellunt, posteaquam mense præterito eos-  
 dem gravi quoque clade loci eius Præfe-  
 ctus, Dominus Blaquius, in eruptione  
 quadam afflixisset. Ex Scotia confirmata-  
 batur, in septentrionali eius regni provincia  
 Comitem Montrossium & Hurrium, Ge-  
 neralem vigilum Præfectum, cruento præ-  
 lio concurrisse, cæsis ex utraque parte ho-  
 minum plus duobus millibus. Relatum  
 quoque, Tribunum Massy Evescanium at-  
 mata manu expugnasse, ibique præter ar-  
 ma, equos 120. & officarios, regie militiæ  
 500. stipendiarios interceptisse.

Vice versa Regii Licestria inter pugnan- *Licestria*  
 dum quoque potiti sunt, die mensis nostri *Regi inter*  
 trigesimo, idque quoniam obsessi omnem *pugnan-*  
 Regis gratiam, quam civitati militibusque *dum po-*  
 obtulerat, temerè spreverant. Occisi sunt *siuntur.*  
 in hoc loco militum amplius 500. capti  
 1500. repertæ machinæ 19. armatura in-  
 struendis 3000. militib. sufficiens: cadi in  
 quibus pulvis igniarius jacebat recondi-  
 tus, 200. militum 700. accolarum verò

H

plus



Junius.  
Anno  
1645.

plus mille equi, & quod omnium primatum est, Sterlingorum 150000, libræ in regionum manus incidisse perhibentur. Quæ loci huius violenta interceptio Fairfacium ab obsidione Oxoniæ, quam ex septem tormentis oppugnare cœperat, detraxit, etsi vigilum Præfecto Broune in mandatis datum fuerat, cum legionibus aliquot in obsidione persistere. Hæc de Maio dicta sufficiant,

*Propositiones Legatorum Gallia ac Suecia, pro pace communi, factæ Monasterii Westphaliae.*

Initium Iunii desumeremus à Propositionibus illis, quas utriusque Coronæ, Gallia Sueciæque, Domini Legati, Domini ca Trinitatis, pro communi pace Monasterii Westphaliae fecerunt, nisi typorum beneficio juris publici factæ tribus jam linguis, Gallica, Latina & Germanica in manibus omnium extarent. Earum itaq; recapitulatione supersedentes, ad cætera huius mensis gesta notatu digna transgrediemur, ubi se primum offert.

*Confœderatorum exercitus ad urbem Francofurtum accedunt.*

Quaratione, post perfectam in Hassia conjunctionem, de qua paulò antè diximus, confœderati Gallorum, Suecicorum Hassiacorumque exercitus, per Wetteraviam, Fridberga non tentata, Francofurtum usque nemine prohibente progressi sint, & intra illam ac Hanoviam cum castris aliquantum substiterint.

Die



Die 5. 15. Junii, intra tertiam & quar-  
tam matutinam, publicè observare lice-  
bat, antiquum illud & amœnum Archi-  
diœcesis Moguntinæ oppidulum Utsellas,  
damnoso admòdum incendio correptas  
esse, eiusque authores Gallos extitisse, qui  
cum Generali Tupadelio Moguntia vene-  
rant, ut se cætero Confœderatorum exerci-  
tuiti jungerent, quod incendium adeò pe-  
tulanter foverunt, ut non discederent, do-  
nec omnia in cineres & favillas redacta es-  
sent:

Junius:  
Anno  
1645.  
Utsellas  
Galli vine-  
dicibus  
flamma  
exurunt.

Sublatis ex Francofurtensium Hanovi-  
ensiumq; territorio castris, universa Con-  
fœderatorum copiæ, die 16. 26. Junii Mœ-  
num traductæ, ad Darmstadium accessum  
feterunt: ibi cum aliquantum substitissent,  
Heppenheimum versus transitum est,  
quod oppidum 22. Junii, post su-  
stentatam aliquam etsi levem machina-  
rum oppugnationem, succubuit, nec non  
Weinheimum. Ex hac urbe Generalis  
Turennius ad Ducem Anguinensem, qui  
interea Ladeburgum venerat, profectus  
abiit, quò itidem singuli confœderatorum  
exercituum Præfecti Generales, Ducis no-  
mine ad convivium evocati dicuntur.

Mœnum  
transiunt.

Nunc igitur curata cuticula omnium  
exercituum legiones in unum corpus coie-

Heppen- &  
Weinhe-  
mium in-  
tercipiunt.



Junius.  
Anno  
1645.

runt, quæ postmodùm motis ex Ladeburgensium territorio castris, propè Heydelbergam Hailbronnâ versus transgressæ sunt. Cùm autem in hujus urbis vicinia Bavaricorum Gelenianorumq; conjunctum exercitum (qui 18. 28. Junii Thanno, quod Asciaburgo adjacet, Mildeburgum illinc Ammerbacum, ac porro in Hailbronniensium territorium prodierant: ) considerare quoque animadverterent, itinere V Vimpfenam versus inito, urbem hanc in potestatem suam acceperunt, cum aliquantum incurrentibus restitisset. Accepta itaque in deditioem V Vimpfenâ, confœderatorum signa in vicinam Tuberae flumini terram translata sunt, in qua Generalis Turrenius Mergenthemii, Kônigsmarcus Gronsfeldiæ, Geysius vero Lâudii primarias fixere stationes, inter quos & Bavarios quomodo brevi cruento prælio ad pagum Allerhemium concursum sit, in sequentibus infra pluribus significabimus.

*Electo Tre-  
virensis  
Francofurtum  
appellit.*

Die 7. 17. Junii Eminentissimus Princeps Elector & Archiepiscopus Trevirensis, cùm in urbem Hanoviam honorificentissimè introductus fuisset; sequenti Dominicâ Francofurtum feliciter appulit, in qua civitate postquam ad 15. 25. Quintilis in aula sua commoratus esset, dicta die tribus



bus navibus Moguntiam devectus est, il-  
 linc Confluentiam & ulterius in Treviros  
 descensurus.

Junius.  
 Anno  
 1645.

Sueci interea, qui sub Torstensohno  
 militat, suffossionum suarum opera Brun-  
 nae in tantum admoverant, ut obsessi non  
 nisi manuariorum pyrobolorum immis-  
 sione nocere obsidentibus possent. Die 10.  
 20. Junii in eruptione quadam, quam ob-  
 sessi tentaverant, Sueci notabili clade affi-  
 ciebantur, obsessi autem singulari suorum  
 stratagemate (cujus authorem strenuum  
 illum in militia Cæsarea vigilum Præfectum,  
 Dominum Pasuæum, faciunt;) non sper-  
 nendam pulveris igniarii quantitatem in  
 urbem receperunt, de quo Torstensohnus  
 ex castris 25. Junii formaliter ita refert: Nos  
 in Brunna op- & expugnatione acriter adhuc  
 laboramus, meiq; cum hoste in cuniculis quo-  
 tidie ferè congregamur, machinulis equestri-  
 bus, pyrobolis & brevi armatura rem agentes.  
 Et quamvis impossibile fore duxerim, obsessos  
 quoquo sit ad miniculo sublevari posse, sciens  
 urbem potiori ex parte suffossionum operibus  
 circumdatam esse, præter expectationem nihil-  
 ominis accidit, ut hisce diebus hostilis quadam  
 600. equitum cohors Bardovito imminens,  
 favore & assistetia rusticolarum grassatorum-  
 que, (quorum ingens numerus in montanis

Brunna  
 pertinaciter  
 oppugna-  
 tur, pervi-  
 naciis de-  
 fenditur.



Junius.  
Anno  
1645.

confluxit:) per sylvarum latibula, extremis nostris excubiis hoc non advertentibus, ad arcem hanc proximè ac furtim accesserit, excubitores, quos extremorum cura securos fecerat, subito adeo oppresserit, ut tempus non restaret, saltem ad arma conclamandi, qua in occasione, quod unice doleo, Dominus Tribunus Galbrecht prognando occubuit, pauci vero ex gregario commilitio sauciabantur. Dum itaq; inter hos configitur, trecenti hostiles equites, quorum singuli certum pulveris igniarum pondus vehebant, citatis equis ad urbem properant, inventaq; speculatorum beneficio via, quæ arcem ab urbe disternat, obsessos hac penuria sublevant, &c. Hæc ille.

Cæsar concisi exercitus sui vires reparat, novumq; exercitum instruit.

Sub id in Austria ac Bohemia in reparandis concisi exercitus Cæsarei viribus, novoque exercitu instruendo, acriter laborabatur, diversis aliquot legionibus ad Schüttenhofen confluentibus, quò propterea Gallassius vigesimo Junii Viennâ discesserat, ut data occasione hostem ab obsidione diverteret. Ea propter cum 14000. armatorum millibus Schüttenhofia progressus, versus oppidum Budweis contendit, cui commilitio Arch. dux novum 8000. militum exercitum, qui Danubium jam trāsierat, adjuncturus erat, quorum

rum



rum omnium adminiculo Brunnæ post Junius.  
modùm liberatio tentaretur. Anno

Die interim mensis hujus sexto, Pom- 1645.  
peius, Pro-Campi-Marescallus Cæsareus, *Insulam*  
quandam Suecicorum Insulam, quæ ad *Suecorum*  
Cremsum est, atque in eadem quaslibet *prope Crem-*  
eorum munitiones exiguo quidē damno *sium Cæsa-*  
expugnat. Dehinc milite traducto, muni- *rei expu-*  
men quoque Stenio vicinum feliciter oc- *gnant.*  
cupat, porroque Cremsum (quam Sueci  
indies communire pergebant:) obsidione  
occludere & circumfidere incepit, cuius  
rei successum proximus forte liber osten-  
det.

Ragozius hæc circiter, Transsylvaniæ *Ragozius*  
Exarchus, septimo hujus mēsis, cum 1500. *Casovia*  
liberis Heyduccis, & torquatis Hungaro- *movens ad*  
rum equitibus Casovia movit. Numera- *arma pro-*  
bantur in exercitu ejus armatorum trigin- *currit.*  
ta millia, machinæ & tormenta fulminalia  
(ut perhibent:) centum. Ducebat secum  
Conjugem, Heroinam, quod credunt, pie-  
tatis studiosissimam, filiumque natu mini-  
mum, eorum, quos *Zeggel* appellant, Tri-  
bunum; rectoque itinere Sendrum versus  
contendebat, in cuius munimenti oppu-  
gnatione milites ejus jam aliquot septima-  
nis laboraverant; quo intercepto, belli mo-  
les proximè adjacenti munimini Villeccæ  
immi-



Junius.

Anno

1645.

*Bornhol-  
miam Da-  
norum in-  
sulam Sueci  
subjugant,  
eamq; ve-  
ctigalē sibi  
faciunt.*

imminebat, nisi ratio status cum Torsten-  
sonio aliud suaserat, de quo infra plu-  
ribus agemus.

Dum hæc in Hungaria geruntur, V Vrå-  
gelius, qui paulò ante cum classe Sueci-  
ca V Vismaria discesserat, undecimo Junii  
præcipuam quandam Danorum insulam  
Bornholmiam, 7. milliaria longam, 5. la-  
tam feliciter expugnavit, postquam colo-  
nos, quorum ultra 3000. in armis erant, o-  
mnibus suis munitionibus, & oppidulo  
Nexio, tormentorum assultibus expulisset.  
Viâ itaque per vim facta, dictus V Vrange-  
lius 900. militum signa in terram firmam  
exponi fecit, quorum auxilio omnis insula  
absque singulari negotio in potestatem  
reducta & vectigalis facta est. Arcem, cum  
primo ingressu se obfirmare niteretur, Sue-  
ci post paucarum horarum ex octo gran-  
dioribus machinis oppugnationem, eò an-  
gustiarum redegerunt, ut victorum arbi-  
trio se permittere compelleretur. Reper-  
ta est in hac insula ferri tanta quantitas,  
quantam vix decem navibus asportare li-  
cebat; machinæ item fulminales metallo  
fusæ triginta, quarum nonnullæ ad Joan-  
nem Regem spectaverant, uti ex infusis in-  
signibus colligere erat. Pecorum com-  
meatumque omnivariarum tantum ad-  
fuit



fuit adjumentum, ut integræ classi instru-  
endæ sufficere potuisset. Incolæ VVran-  
gelio decem Imperialium millia præsentis  
pecunia quamprimum numerarunt, toti-  
demque Lubecæ se exoluturos, atque in-  
super in singulos menses certum vectigal  
promiserunt; quæ insulæ huius compor-  
tatio Suecis non nisi unius duntaxat grega-  
rii militis occisione, trium verò, & inter il-  
los vigillum Præfecti Kohrii, vulneratione  
non lethali constitit.

Inter hæc Gothenburgo relatum acce-  
pimus, Regis Daniæ maximam navem  
(Sophiam ideò dictam, quoniam à matre  
Regina, quæ confici eam fecerat, in domū  
acceperat: ) 64. machinas cameratas, par-  
tim dimidias, partim integras vehementem,  
atque imperialium centum & viginti mil-  
libus æstimatam, haut procul à Gothen-  
burgo ventorum iniuria scopulis usq; adeò  
illam fuisse, ut mole sua soluta in aquis  
submergeretur. Vectores eius vix salvos  
evadere potuisse, Navarchum verò *Ovve*  
*Gedde*, cum in phaselum quendam transi-  
lire vellet, lumbos confregisse. Höccz,  
In maritima quadam urbe, regium muni-  
mem ex trabibus congestum, quod vulgò  
*das Blockhaus* appellant, ex incuria cu-  
iusdam tormentarii penitus deflagavit, &

H 5

quæ-

Junius.  
Anno  
1645.

*Naufragia  
& alia in  
mari con-  
tracta da-  
mna.*



Junius.  
Anno  
1645.

quæcunque machinæ partim liquefactæ, partim ruptæ sunt. Navis quædam bellica Suecorum, cui nomen *Fama* est, cum 2. Danicarum, Rosæ, 15. machinis munitæ, & alterius REGIS DAVIDIS, 100. onera vehentis, feliciter potita fuisset, eadem Gothenburgum deduxit.

Non minus etiam Sueci grave navium suarum damnum hoc tempore contraxerunt; quippe ex VVrangeliana classe tria navigia procellosi maris vorticibus raptæ sunt, nimirum *Stormaria*, *Fortuna* & *Westervvicum*, cum alia quadam *veredo* dicta. Suecorum primaria classis (quæ ob reluctantium ventorum impetum sex vicibus in portum Elsnabliensem revehi debebat) notabilem quoque iacturam passa est, dum navigia *MARS*, *ANDROMEDA*, & *ARCA* usque adeo contrita fuisse perhibentur, ut ad portus stationem reducta reparationi suæ vacare debuerint.

*Ander-  
sonius, mili-  
tium Tribu-  
nus Sueci-  
cus, à Saxo-  
nicis capi-  
tus.*

Petrus Andersonius, tribunus Suecicus, dum Pegavia in Silesiam transire instituit, cum pedestri suo commilitio & impedimentis se iuncturus, inter Luccam & Sonnewaldam à centenis aliquot Saxonibus equitibus impeditus, ipsemet capitur, & simul eius Legatus, unus vicarius, tres signi-  
feri



feri, septem excubantium manipulorum Junius, Præfecti, vulgò *Corporales* dicti, centum Anno duodetriginta equites, quos omnes Ele- 1645  
ctorales cum quinque vexillis, duobus tympanorum æneorum paribus, & non paucis equis Dresdenam deduxerunt, postquam in eodem cōgressu equitū quoque Præfectū *Mausgen* complures Officiarios, & ultra centum velites occidissent.

Lubecam die 3. 13. Junii grave infortu- *Duellatorum*  
nium afflixit. In ea civitate quandoquidem *duo in ha-*  
templi Præpositus epulas solennes institue- *rena ambo*  
rat, ad quas, præter cæteros bonæ existi- *occumbunt.*  
mationis viros, & Nobiles Danos, urbis illius Præfectum Schackium, & nobilem quendam Danum *Ottonem von Bloem* virum, ut referunt, 60. annos natum, invitari quoque fecit. Utræque hæ personæ inter poculorum hilaritatem datis verbis eò usque invicem incanduerant, ut Bloemus tribunum provocare non dubitaret, quo facto, vergente ad vesperam die, ante portam, quò in equis uterque iyerant, machinis equestribus concertant. Accidit verò, cum uterque à scopo aberraret, ut repositis machinis, gladius porrò congrederentur, id quod cum tanto impetu factum, ut uno eodemque incursu uterque transfigeretur, & Bloemus quidem illicò mortuus ex quo prolaberetur, Schackius autem, re-  
ctis



Junius.

Anno

1645.

Hispani in  
Catalonia  
notabili  
clade suc-  
cumbunt.

licto equo, paulò post ex vulnere defice-  
ret..

Hoc mense præterea Hispani in Cata-  
lonia notabili clade affecti, Francis succu-  
buère. Cum enim universus Gallorum ex-  
ercitus, Duce Prorege Comite Harcurtio,  
die 18. Junii, fluvium Sicarim quem accolæ  
vulgò Segre nominant, & qui hoc tempo-  
re nivalium aquarum, quas Pyrenæi mon-  
tes mittebant, affluxu non leviter accreve-  
rat, trássissent, Hispanis hoc prohibere aut  
iter demorari non valentibus, 22. demùm  
inter utrosque Regios exercitus, non ita  
procul ab urbe *Balaguier*, acri prælio con-  
cursum est, cujus primum impetum Hispa-  
ni equidem per integram horam fortiter  
sustinuerunt, post hujus verò excursum per  
Gallos confusi, quoad pedestres legiones  
internecina penè clade deleti sunt aut ca-  
pti, equestres verò non leviter fuere affli-  
ctæ. Intercepti scribuntur ex equitatu: 600.  
equi de la cavallerie *des Ordres*: 400. de la  
cavallerie *des Ordres* de Naples: 100. de  
Matamore, & 60. Gronsfeldii. Ex peditatu,  
legio Petri de Valenzola, Hispani: Legio  
Ducis de Lorenzana, Neapolitani: Legio  
de Fra-Tite Brancaccio, itidem Neapol:  
Legio de Porriquet, ejusdem nationis: Le-  
gio d' Amatte, Neapol: tres cohortes Petri  
d' Oste.



d' Osteriz, Hispani, reliquæ autē ad transi- Junius.  
tum fluminis Sicoris in Gallorum manus Anno  
captivæ inciderunt. 1645.

Nomina digniorum Officiariorum, qui <sup>Capivorum</sup>  
intercepti fuerunt, hæc sunt: *Marchio de Mor-* <sup>numeris.</sup>  
*rara*, exercitus Hispanici Campi-Mare-  
scallus Generalis: *Dom Diégue Parerez*,  
Locumtenens Generalis de la Cavallerie  
des ordres: *Dom Miguel Pinatelo*, equita-  
tus Neapolitani director: *Dom Tiberio Ca-*  
*rassa*, in eodem exercitu Commissarius  
Generalis: *Dom Vincent de Tonteville*, rei  
tormentariæ inspector Generalis: *Joan-*  
*Baptista Doto*, Commissarius Generalis de  
la Cavallerie des ordres: *Dux de Lorenza-*  
*na*, legionum pedestrium Neapol. Præfe-  
ctus Generalis: *Baro d' Amarte*, inter Nea-  
politic. Tribunus militum: *Dom Pedro de Va-*  
*lenzola*, in pedicatu Hispanico armorum  
Præfectus: *Dux de Borimada*, armorum i-  
tem Magister: *filius Ducis quondam de No-*  
*there*, Capitaneus equestris: *Dom Cesar Ca-*  
*raffa*, Capitaneus inter equites: *Manuel*  
*Carassa*, cohortis prætorix Primas: *Dom*  
*Andrea Cantelmo*, exercitus Hispanici Ge-  
neralis Imperator: *Dom Antonio Moche*, e-  
quitum Magister: *Josephus de Foulque*, Ca-  
pitaneus equestris; *Donatus Amouroux*, ve-  
litarium equitum Capitaneus: *Lucas Eu-*  
*geniss*



Junius.  
Anno  
1645.

*genius Farnesius*, in legione d' Amate vigi-  
lum Praefectus: *Antonio de Sovigna*, Capi-  
taneus equestris: *Iosephus de Fauche*, ejus-  
dem sortis miles: *Ion Ivan Sarmiento*, ar-  
morum campestrium Magister refotma-  
tus.

Minorum gentium Praefectorum, uti  
vicariorum, signiferorum quae equestrium  
quae pedestrium, & id genus aliorum, non  
contemnendus fuit numerus. Captivorum  
ultra duo millia ex gregaria quidem mili-  
tia fuere, totidemque ex eadem in pugnae  
loco occisotum. Militiae Hispanicae Gene-  
ralis Gantelmus, cum 700. circiter equiti-  
bus Balaquieram se recepit. Quae vero ma-  
chinarum signorumque militarium & im-  
pedimentorum a parte Hispanicorum fue-  
rit jactura, & in quoniam Gallosum (qui  
tantam hanc victoriam non nisi 300. ho-  
minum partim sauciatorum partim truci-  
datorum amissione sibi peperisse scribunt.)  
damna constiterint, de hoc nobis adhuc  
quidem nil certi innotuit.

*Rerum Ro-  
magostrarum  
recensio.*

Romae interim ob expeditione Turca-  
rum omnia in metu Ibidem die Lunae 26. 16.  
Junii Regis Hispaniarum Legatus, ob re-  
gni Neapolitani feudum, Pontifici con-  
suetum toltarium presentavit multis cum  
sacramentis, Episcopus Boloniensis nomi-  
ne



ne Pontificis Magno Ferruscorum Duci Junius. filium ex baptismi lavacro suscepit, eju- Anno demque collo lineam ex reliquiis Sancto- 1645. rum confectam, & adamantibus pretio- sissimis exornatam applicuit, quam Prin- cipem illum permagno æstimasse referunt. Comiti Leslæo, qui cum 100000. scuta- torum argentariis litteris Neapole vene- rat, Pontifex scriptoriam mensam seu ca- lamarium ex argento, & exquisitissimas a- liquot picturas offerri fecit, Cæsarique ad- versus hostes quævis possibile auxilia pro- mittit. In eadem hac civitate duo Græciani- cæ nationis socii, propterea quòd omnes eius regiones apparatus bellicos Mahome- ticolis prodiderant, carceribus manci- pati; Mediolani autem nequam duo, qui i regio diplomate abusi, elemosynam pro Melitensibus collegerant, illasque pecu- nias leviter decoxerant, vivi combusti fue- re die 13. Junii. Hæc ex Italia.

In Anglia quoque die 24. Junii inter Re- *Eorum, qui in Anglia acciderunt, narratio; ubi simul cruenta illa pugna cum regis hoc mense habita describitur.*  
gios & Parlamentarios cruentum evenit prælium, idque in vicinia urbis Dentley, in qua Regii, post totalem, quam perpeffi sunt, ruinam, omnium rerum, quæ saltem amitti perdique poterant, iacturam fecerunt, veluti hoc clariùs ex sequentibus patebit,

Scien- tur.



Junius.  
Anno  
1645.

Sciendum vero, prælio huic Regem ipsūmet præsentem interfuisse. Peditatui præerat, Jacobus Aslæus, Dux Generalis; Robertus Princeps Palatinus dextrum, Mauritius lævum aciei cornu regebat. Inter Parlamentarios Fairfacius summum habebat imperium. Generalis vigilum Præfectus Skippon equestrem militiam, Cronvvelius equestrem & Gordon Commissarius Generalis lævam alam gubernare, iussus fuerat, simbolo inter Regios REGINA MARIA, inter adversarios autem DOMINUS FORTITUDO NOSTRA, constituto.

Post septemgeminam igitur tormentorum exonerationem acies paulatim concurrere inceperunt, primoque congressu Mauritius, cum in Parlamentariorum lævam alam impetum fecisset; furorem propugnantium sustinere diu non potuit, quin paulatim fugæ se quoque dare compulsus est.

*Pugna  
fuit.*

Iam igitur omnia misceri visa, tantaque cum pertinacia pugnatum, ut una vice Generali Fairfacio & galea capite excuteretur juxtaque aliquantum sauciaretur. Skippon in dorso glande sclopetaria concutiebatur: Gordonius sauciatus fuerat, & unà duo Colonelli alii. Capitaneus quidam lethali vulnere affectus, duo alii interfecti, & duo-



& duodecim simul Officiarii digniores, Junius:  
 cum centenis circiter ex gregaria militia Anno  
 commilitonibus. Hæc à Parliamentatio- 1645.  
 tum partibus.

Ab altera, Regem ipsum in brachiorum  
 altero contusionem accepisse perhibent;  
 Dux Lenoxiæ inter pugnandum decide-  
 rat, cuius paludamentum Parliamentarii  
 quidem postmodum sustulerunt, ipse verò  
 deportatus fuerat, vivus an occisus non  
 constat. Comes Linsæus similiter quassa-  
 tus, à suis abreptus est. Quatuor præcipuæ  
 existimationis viri, cum se non leviter sau-  
 cios deprehenderent, Licestriam se recepe-  
 runt. Princeps Robertus in capite ictum  
 non levem excepisse refertur, Mauritius  
 verò contusionem. Generalis Jacobus Af-  
 læus occisus, & cum ipso Tribunus Rüsse-  
 lius. Intercepti fuere, 6. Colonelli: 8. Lega-  
 ti: 18. Sergeant-Majores: 70. Capitanei: 80.  
 Vicarii: 18. Signiferi: minorum gentium  
 Præfecti ultra 200.: gregariorum 4500.:  
 Hybernicæ nationis fœmellæ 500.: Regiæ  
 pedibus 4. & 13. alii eiusdem famuli. Inter  
 80. signa fuere Regis, Principis Walliæ,  
 Ducisque Eboraci. Amissæ sunt machinæ  
 12. omnia impedimenta, armatura omnis  
 generis decies mille hominibus instruen-  
 dis sufficiens: currus carrique ducenti aut



Julius.  
Anno  
1645.

trecenti : pulveris igniarii cadi 40. equi prope 2000 & inter illos 16 Regis, cum multo auro & cimmeliis: Principis Roberti rheda, cum non spernenda litteralium documentorum supellectili, quæ omnia Parleменти Senatui obfignata transmissa sunt. Nec non ipsiusmet Regis pilentum in manns Parlementariorum venit, carpenta item sex alia cum honestæ conditionis fœminis. Receptum præterea magnum illud sigillum, quo cum ejus custos nuper aufugerat, Regis ac Principis Ruperti tablina seu archiva cum magni momēti scriptis & litteris uti & Generalis Jacobi Aslæi pensili curru. Numerus occisorum à parte Regis quingentos non multum excedit; Parlementarii centum & viginti tantum ex suis desiderasse scribuntur. Rex autem tantum passus infortunium Lichfeldam se recepit, in quam viciniam dissipati equitatus reliquæ paulatim quoque convenerunt.

*Leicestriam  
Parlemen-  
tarii reci-  
piunt.*

Nobilissimam hanc victoriam illicò secuta est Leicestriæ, nuperrimè à Regiis, uti supra diximus, violenta manu interceptæ & penitus emunctæ, deditio, ex qua urbe Generalis Fairfacius superiores saltem Præfectos, cum equis & armatura, cæteros verò omnes officarios, & gregarię militiæ locios;



cios, inermes plane, & cum baculis duntaxat decorticatis, Lichfieldam dimisit. Parti in hoc loco fuere denuò 500 equi: egregia reperta armaturâ, machinâ 14. pulveris igniarîi vasa 50. funiculorum larga quantitas, & quæcunque in impedimenta Comitîs seu Lordi Laugboroug, id quod factum Mercurii 28. Junii, n. c. pro quo felicitatorum suorum successu Parlamentarii sequenti mox die solennes Deo gratias egerunt Londini, cujus civitatis Prætor, quem vulgò *Maiorem* appellant, in Parlamenti honorem festivas epulas, quibus, præter Comitem quendam Palatinum, 500. amplius personæ interfuere, instituit.

Julius.  
Anno  
1645.

Adhæc Gallis in Flandria belli negotium dexterrimè quoque successit. Die enim 17. Junii, posteaquam Martius ille Heros, Dux Aureliæ, ea nocte 26. armata millia per Fluvium *Colme*, post aliquot dierum laborem, vado feliciter traduxisset, in conspectum porrò Hispatorum prodire non dubitavit, eo animo ut ipsis pugnandi facultatem facere.

*Gallis in  
Flandria  
belli negotiū  
dexterrimè  
cedit.*

Quandoquidem Generalis Piccolominiæus ad Dunkerkam, cum omni exercitu suo, accesserat, ut tormentorum defensione ex eadem uteretur, & Lamboyus Formium secesserat; ex ea causa Galli sesqui-

*Mardicū  
deditione  
labefactū.*



Quintil.  
Anno  
1645.

horulæ viâ à dicta urbe Dunkerka, quâ Borburgum in conspectu sedet, locum castris idoneum delegere. Hoc factò, Marticcum, locum quidem angustum, ast non leviter firmum, & ex quo potius Dunkerkanus commodè defenditur & offenditur, post paucorum dierum strenuam ex utraque parte op- & propugnationem, in deditioem accipiunt, nono die Quintilis: ex quo fortalitiò Hispani, sequente demùm die, numero circiter 700: cum duobus tantummodò vexillis, quorum undecim Duci tradere compulsi fuerunt, dimissi sunt, avehentes secum 50 aut 60. circiter carros, sarcinis & infirmatorum onere graves, ne unicam verò machinam aut id genus aliud quidquam, eò quod vigore capitulationis non permissam fuerat, Habuit Marticcum 12. tormenta bellica maiora ex metallo fusa: munitio, (quam vulgò *das hölzerne Wammes* / ligneum thoracem seu trabeatum aggerem appellant: ) sex machinas cameratas dimidias, quas Galli ex incendio ab ipsismet Hispanis immisso vix salvaverant.

Lincom  
quoque.

Dehinc furor in vicinum huic propugnaculum Lincom transit, quem cum sex integros dies fortiter sustinisset, defensores eius eò angustiis redacti fuerunt, ut

ad 23.



ad 23. 13. Julij in arbitrium victorum con- Quintil.  
cedere cogentur, nec ulla prorsus ipsis Anno  
conditio deditiois relinqueretur. Hinc 1648.  
præsidium illud 350. militum illinc Gre-  
velingam traductum est: parva sunt tor-  
menta bellica septem & commeatum  
bellicorum certa quantitas inibi reperta.

Dedito hoc munimine, & præsidio, Et Borbur-  
quod satis esse videbatur, relicto, Galli gum,  
productas longius copias Borburgo obii-  
ciunt. Est autem Borburgum urbs Flan-  
driæ, & munitio cum præcipuis æstimanda,  
milite tunc & commeatu, ad trahendam  
obsidionem, omnivario, instructissima,  
quæ cum Gallorum incurfus remorari in  
mensem facile posse, si non penitus siste-  
re, crederetur, celerius omnium opinione  
cum ipsis transegit, licet defensores eius  
non nisi vitæ incolumitatem impetrarent.  
Hæc in Flandria.

Non minor tunc Gallorum in Lotha- La-Motta  
ringia belli fortuna fuit: nam ibi hoc eo, in Lotha-  
dem mense permagni illa momenti urbs & ringia fra-  
munimentum La-Motta, (quod unicui num jugum  
jam Carolo Lotharingiæ Duci supererat, imponunt.  
eidemque, propterea quod 1800. Gallo-  
rum vicos sibi vectigales habebat, centum  
viginti millium scutatorum censum quot  
annis collegisse scribitur: ) post quinque  
mestrem



Quintil.  
Anno  
1645.

mestrem decies mille armatorum aut circiter obsidionem, diuturniores assultus non sustinens, deditiois pariter frænum & obsequii jugum admisit, prævia tamen transactione, qua viginti & una conditionibus facile tolerabilibus, præsidio permissum est, salvis & vita & facultatibus, ad oppidu Languyum illinc transgredi, id quod etiam septimo præsentis mensis evenit, dum Lotharingicorum militum septingenti ex urbe discesserunt, Duce Domino de Cliquot, qui Gallis non parum negotii ad hunc usque diem facesserat, donec tandem sub directione Marchionis de Villeroy, regionum Castrorum Locumtenentis Generalis, non sine multo præcipuæ existimationis Gallorum sanguine, finis labori imponeretur.

*Pugna, inter Bavarios & Confederatos non impune utrimque ad vicium Allerhemii die 24. Quintil. in repræsentatio.*

Post interceptam deditioe Wimpfenam, (quod supra relatum est.) Confederati post die ejus diei Neccarum ponte, quem fluvio instraverant, transierunt, illincque ad Tuberam appropinquantes, complurium locorum leviter obfirmatorum potiti sunt, eo quod nemo præsidiantium resistere ausus fuerat, excepto Rorenburgo, quæ tamen unius duntaxat noctis labore ad obsequium concessit, ducentosque milites sub signa Conf. misit. Quo tempore



tempore quoniam Königsmarco nuncia Quintil.  
lata fuerant, Saxonicos nescio quam im- Anno  
pressionem coquere, Ducibus valere iussis, 1645.  
eo adhuc die in Thuringiam secessit.

Confœderati, cum Bavarico Electora-  
les continuo à latere incedentes haberent,  
qui paulatim versus Hallam Suevorum, il-  
lic Crelshemium & Feuchtwangium,  
deflectebant, ubi velitaribus aliquot pu-  
gnis inter equites concertabatur; conclu-  
serunt denique, Bavaricos aut ad pugnam  
statariam cogere, aut ad Danubium usque,  
si fieri possit, eos persequi, ac demum le-  
giones Hailbrunnæ objicere. Hoc sine re-  
ctis viis Dünckelspilam versus progressi  
sunt, quam urbem illicò quidem occupare  
præsumperant confœderati, verum cum  
nuntia ferrentur Electorales per integram  
noctem iter suum continuare, ac propius  
jam instare, posthabita Dünckelspilæ op-  
pugnatione, magis ex usu fore duxerunt,  
his occurrere, id quod etiam evenit. Brevi  
post, cum utriusque partis exercitus, unus  
in alterius conspectum prodirent, confœ-  
derati cognoscebant, Electorales commo-  
do valde ad pugnandum loco, quem palu-  
des penè cingebant, & quæ non nisi unica  
via incurrere licebat, consedisse; quos cum  
ad pugnam lacessere vellent, eo integro



Julius.  
Anno  
1645.

die ex utraque parte 2. ad 3000. machinarum collisionibus occisi sunt.

Cognoscentes igitur confœderati, Electorales hic loci ad pugnam cogi non posse, Nordlingam versus declinabant, Bavarici autem Dona werthæ magis magisque propinquarunt. Nuntiatur interim, Bavaricos non nisi sesquihorulæ via à confœderatis abesse, exploratumque ipsos alteram fluvii Wernitz ripam occupasse, quapropter Dux Anguinius universum exercitum ocyus cogi mandavit, eundemque in campestri quadam planitie in aciem disposuit.

*Gallorum  
acies.*

Erat autem acies confœderatorum talis: Marecallus Grammontius integrum cornu dextrum regebat, in quo universus Gallorum equitatus. Marecallus Turennius sinistro præerat, quod ex meris equitum Germanicorum legionibus constitit. Peditatum, (qui inter utraque cornua distributus fuerat) Domini de Bellenave, de Marsin & Chasteleau gubernabant.

*Hassiacorum.*

Alteri Hassiacorum phalangi mandata dabant Generalis Geysius & Tribunus Oehemius, quam constituebant Hassiaci milites, & duæ Turennianæ militiae legiones, quibus incumberebat alam sinistram, si laborare eam contingat, subsidio levare.

Domini-



Dominus de Chabot alii subsidiariorum Julius  
 manipulo præerat, Dux Anguinius autem, Anno  
 & Marchio de Monsaye, universi exercitus 1648  
 agmina obequitantes, ubi ubi opus vide-  
 batur, officiis suis milites cohortando soli-  
 citè fungebantur.

Dum confæderati in his occupantur,  
 Electorales interea tumulum quendam  
 terreum insident, ad quem perdifficilis pa-  
 tabat ascensus, & præter hunc alium habe-  
 bant collem cum adjuncta rupe ad dextrâ,  
 quem pedestribus aliquot legionib. com-  
 munitant, ibidemque castra obfirmare  
 annexi sunt. Parum infra sedebat Vicus Al-  
 l-rhemium, & rectâ à latere castellum e-  
 jusdem nominis, quod Bavarici pedestri-  
 itidem commilitio communitant.

Posthæc Dux Anguinius vicum Aller-  
 hemium per Gallorum peditatum incurri  
 mādāt; qui cum per semihoram ex machi-  
 nis acriter fuisset concussus, legiones pede-  
 stres tanto inter se valore concurrerunt, ut  
 præter cæteros, Electoraliū Campi Mare-  
 scallus. Baro Mercyus, celeberrimus miles,  
 mortem oppeteret, postquam virtutis suæ  
 egregia reliquisset specimina. Ut autem  
 incendio correptus est vicus, legiones pe-  
 destres ex illo in templum, & duas nobili-  
 um ædes lapideas, retrocedere cogeban-

I S tur,



Quintil.  
Anno  
1649.

tur, ex quibus valide adeo propugnarunt, ut ea parte Dominus de Marlin, Dominus de Chasteleau, Marchio de Monsle & Dominus de Bellenave, vulnerarentur.

Interim Bavarici, cum equestribus simul & pedestribus aliquot manipulis, in Gallorum lævum cornu impetum faciunt, quibus Dux Anguinius cataphractariorum equitum phalangem & pedestre commilitium opponit, tandemq; recedere compellit, quo in conflictu equus, quo Dux vehebatur, occisus, & simul ipse in femore superiori aliquantum sauciatus fuit, unde aliquantam confusionis evenerat. Hoc conflictu peracto, dum Anguinius ad lævam festinat, alius sub ipso equus denuo confoditur, quod videntes Bavarici, pleno equitum peditumque agmine irruerunt, ut post acerrimam resistantiam peditatus Gallicus & cataphractariæ cohortes à vico depellerentur, atque in eodem incurfu Dominus de la Rebastelerie, Anguinianorum Cataphractariorum Legatus, Dominus de Montaret Legatus, de Conty, Legatus, de Montausier, & complures alii officarii occiderentur, Dominus de Baufalmy, cum strenuè pugnasset, vulnere accepto captivus ducitur. Occubere tunc quoque Mons. de Gremonville, &  
Mor-



Morles Pro-Legatus Generalis, quo eo-<sup>Quintil.</sup>  
dem momento Bavaricorum equitatus in Anno  
illum se exonerat, cuius directio Marescal- 1645.  
lo de Grammont, & M. Arnoultio, com-  
missa fuerat, ubi prima Gallorum phalanx  
dissipata est. Dum itaque pugnam resti-  
tuere laborat Grammontius, ipsemet ca-  
pitur, & cum ipso Marchio de Chastre: Mr.  
de Luyry Anguinianæ Legionis Campi-  
Marescallus occisus est: vulneratus autem  
Marescallus de Pienne, Legionis Mazari-  
nianæ Præfectus, & trucidatus Colonellus  
Chambre. Dominus de Islebonne, Ducis  
d'Elbeuf filius, & Mazarinianorum equi-  
tum Magister in primo conflictu virum se  
gnaviter ostendit, binosque equestrium  
machinarum ictus non lethales accepit.  
Cælus præterea fuit Marchio de Pisany,  
Pro-Comes de Aubeterre trucidatus aut  
captus. Colonellus Truchses & Sourzat,  
Legati, quos Marescallus Grammontius  
adesse cum legionibus suis iusserat, ut eque-  
strem militiam defenderent, nec non Fa-  
berti legio, interneccione deleri sunt. In  
tanta rerum iniquitate, Eques de Chabor  
cum subsidiariis tempestive accurrit, Bava-  
ricisque non parùm aliquandiu negotii fa-  
cessit; ast cum equestres legiones ad pu-  
gnam non redirent, ipsius quoque ordines  
confusi



Quintil. confusi fuore. Tunc Baro de Poty, tyronum  
 Anno Rosianorum Legatus, vulnus accepit, Do-  
 1645. minus Lamberti inter pedites Legatus ca-  
 ptivus factus est.

Interim Bavarici campum milite suo la-  
 tē complebant, cogitaverantque Confœ-  
 deratorum impedimenta uno impetu diri-  
 pere, quod ne fieret, excubans ad impedi-  
 menta legio Marchionis valore suo prohi-  
 buit. Vice versa Turennius cum primi a-  
 gminis legionibus Bavaricorum dextrum  
 cornu valide perripit, quo animadverlo,  
 Anguinius alterum agmen illicò adduxit,  
 simulque primi agminis legiones sub signa  
 se receperunt. Fit igitur novus congressus  
 inter partes, qui dum fervere incipit, Ducis  
 Anguinii equus glande plumbea concuti-  
 tur, ipseque vector in brachio ex equestri  
 bombardâ læditur. Bavarici tunc lævum a-  
 ciei suæ cornu, quod à Gallis quassatum  
 fuerat, uti & subsidiariorum postremum a-  
 gmen, ad pugnam restaurandam addu-  
 cunt, id quod causa extitit, cur universus  
 quoque Hassiacorum exercitus adduci de-  
 bebat, inter quos denique cum incredibili  
 pertinacia dimicatum, donec ad postremū  
 Bavarica inclinatur acies. Quandoquidem  
 autem in vico sæpè dicto Bavaricorum mi-  
 litum, peditem, equitumque, qui Gallo-  
 rum



rum dextram alam afflixerant; aliquid ad-  
 huc restabat, & cœlum obscæcari jam vide-  
 batur; confœderatorum copiæ coiere, pe-  
 ditatusque Bavarici integram legionem in  
 cœmiterio intercepterunt.

Insigni hac victoria obtenta, confœde-  
 rati 12. machinas cum commeatu & 40.  
 vexilla acquisiverunt. Capti sunt, Domi-  
 nus Comes Geleenius, subsidiariorum Cæ-  
 saris Generalis: Dominus Generalis Baro  
 Mercyus, occisus. Dux Holfatiæ, Tribuni  
 Royer, Kolb & Hüller, captivi: Colonel-  
 lus Pucherus, & plures alii Legati, Capita-  
 nei, Vicarii, Officiarii, Signiferi; nec non  
 occisa militum gregariorum ad millia qua-  
 tuor, capta 1500. aut 2000. à partibus Ba-  
 varicorum.

Captivorum  
 numerus.

Præter supra nominatos, à partibus Gal-  
 lorum cæsi sunt, Tribunus Schvvert, Co-  
 mes à Wirgenstein, in pugna statim initio  
 machinæ ictu confossus, Marchio de Bour-  
 ry, equitatus Præfectus. Vulnerati; Colo-  
 nellus Fleckensteinius in brachio, Com-  
 missarius Trahi, Dominus de Tourville, &  
 multi alii proceres Galli. Ex gregaria con-  
 fœderatorum militia trucidata sunt mili-  
 tum amplius tria millia, & insuper saucia-  
 torum ingens fuit numerus.

Turennius cum mille equitum commi-  
 litio



Quintil.  
Anno  
1645.

litio victoriam gnaviter sequebatur, & sequitur horæ itinere à pugna loco atrem quoque Hennebergam intercipit. Bavarici autem concisas legiones ea nocte, quantum fieri potuit, collegerunt, & quandoquidem ex commeatus tormentarii penuria in Gallorum conspectum jam prodire amplius non poterant, Donavverdam versus se receperunt, vicinumque illi montem, vulgo *der Schellenberg* dicitur, occupantes, supplementum legionibus ex Bavaria expectarunt. Quid verò confecto prælio apud confederatos actum sit, de hoc paulo infra continuatio sequetur.

*Horum, quæ  
hoc mense  
notatu digna  
acciderunt,  
synop-  
tice relata-  
rio.*

In præsentī narratione dicemus, quænam præterea narratu digna hoc mense passim acciderunt. Apud Noribergenses in coriariorum vico incendium suscitatum præter intermedia ædificia, octodecim ædes depavit. Aliud apud Pragenses erumpens, die 13. Junii è regione Palatii Ducis Fridlandiæ tres civium domus corripit. Apud Vilnenses, quod est in Lithuaniam Ducatu, eodem malo 3000. domus deflagasse perhibentur, & inter illas Principis Radzivilii aulam, diversa templa & monasteria. Venetorum literis, 25. Sextilis relatum accepimus, proximo incendio apud Byzantino 1000. ædes, tabernas



bernas mercatorias 15000. fana Turcarum *Quintil.*  
 200. Græcorum 4. templa, & 30. palatia Anno  
 cum dolenda hominum multitudine in *1645.*  
 cineres & favillas subfedisſe. Dreſda ſcri-  
 bitur, aquam in foſſa illa, quam Sueci ad  
 forum novum egeri fecerunt, in ſingui-  
 nem mutatam fuiſſe, & in tabella quadam  
 domus publicæ civitatis in qua Lipſia &  
 Elector equo infidens repræſentantur,  
 equum & ſeptemviri dextrum brachium  
 per aliquot horas languine ſudafſe, idque à  
 bene multis hominibus ſufficienter inſpe-  
 ctatum fuiſſe. Similiter Ciconias aquam  
 nidis intuliſſe, atq; eadem diverſas civium  
 ædes conſperſiſſe. Zvenckavii ventorum  
 vehementiam benè multas arbores terrâ e-  
 vulſas in unum avervum comportafſe, ca-  
 cuminibus ſingularum ordine quaſi com-  
 poſitis. Sileſiâ refertur, Vratiſlaviam tem-  
 peſtate correptam eſſe, qua cælum gran-  
 dine pluit pugni magnitudine, undè da-  
 mnnum ex ſolis feneftrarum contractioni-  
 bus contractum, cum 12000. Imperialium  
 millibus æſtimatur; tantamque calamita-  
 tem tunc agros afflixifſe, quæ cum ducen-  
 ties mille florenis vix redimi potuiſſet.

Romæ tanta in aère circumvolitantium  
 locuſtarum agmina viſa ſunt, ut ex multi-  
 tudine earum dies obſcuraretur, & in ſolo

Reipu



Quintil.  
Anno  
1645.

Reipublicæ Venetæ palatio ejus infecti  
quatuor sacci colligerentur. In eadem ci-  
vitate, ibidemque in Templo *dell' Apostolo*,  
congregato purpuratorum Patrum colle-  
gio, ingratus adeo fœtor exoriebatur, quæ  
ferte nemo ferè poterat. Cum igitur inqui-  
reretur, unde procederet, arca quædam la-  
pidea reperta dicitur; unde exhalare tan-  
tum fœtorem observatum fuit; quam ubi  
aperiri Cardinales fecerant, alia invenie-  
batur lignea, quæ fumum densum emitte-  
bat, qua itidem aperta, cadaver ad ossa ut-  
que consumptum deprehēdebatur, quod  
candelæ instar ardens flammam emittebat,  
licet ab annis jam 14. in terram fuisse  
repositum constaret. Venetiis & Romæ  
magni adversus Turcarum incursiones ap-  
paratus fiebant, qui hoc circiter anni tem-  
pore S. Theodori, proximè ad Cretam seu  
Candiam Insulam, propugnaculum pul-  
veris igniarum penuria expugnasse, & quos-  
vis ejus propugnatores ferri acie cæcidisse  
dicebantur. Venetorum quidam Secreta-  
rius *Cavazzo* nomine, ad Melitenses amā-  
datus fuerat, qui Ordinis eius Equites de  
submittendis auxiliis sollicitaret. Summus  
quoque Pontifex apud quosvis orbis Ca-  
tholici Principes Christianos intercessisse,  
Regibusque, quò maior intercessionis re-  
spectus



Spectus haberetur, propria manu scripsisse  
 perhibetur, ut inito inter se fœdere præpo-  
 rētis huius hostis vires in tēpore interfringi  
 nō desisterēt. Utriq; Episcopatus, Würtz-  
 & Bambergensis, confœderato Gallorum  
 exercitui, præter ingentem rerum annona-  
 riarum proventum, magnam pecuniæ vim  
 solvere tenebantur, quippe inter Reveren-  
 dissimum Principem & Episcopum Herbi-  
 politanum, & Königsmarcum Strategum,  
 de 24000. Imperialium, inter Bambergensem  
 verò & eundem de 20000. thalero-  
 rum numeratione convenerat, aiuntque  
 Würtzburgensem Ducem Anguinensem,  
 ut saltem tolerabiliter cum diœcesis illius  
 subditis ageret, rheda affabrè facta cum se-  
 rugibus, & tribus generosioribus equis do-  
 nasse. Die Solis 16. Quintil. cūm Baro O-  
 tenstirna Junior Parisiis in Sueciam discet-  
 surus esset, per Dominum Marecallum  
 Mesleræum, præmissa salute & itineris pro-  
 peritate, Reginae nomine aureum quod-  
 dam cimmelum, cordis formam habens,  
 cuique adamantibus exornato maioribus  
 Reginae & Regis effigies inerant, Cardina-  
 is autem, horologium eiusdem materiae  
 artificiosissimum ipsi oblatum est. Triduo  
 post Comes Josias Ronzovius, ex illustri-

Quintil.

Anno

1645.

K

finis



Quintil.  
Anno  
1645.

simaranzoviorum in Hollatia Domo pro-  
gnatus, permissu Regiarum Maiestatum,  
apud Ducem Aureliæ in Marecallum Frã-  
ciæ solenniter constituitur, postquam tan-  
to honore & onere extredecennali mini-  
sterio, quod huic Coronæ non sine gloria  
præstitit, per dignus iudicatus fuisset, qui  
idem Rantzovius paulò post, 15. Sextilis,  
Borburgi Flandrorum, abiiegata ejurata-  
que Evangelico-Lutheranorum sana & or-  
thodoxa religione, Patri cuidam Societa-  
tis Jesu scil. Joanni Moreau nominato, Ro-  
mano-Catholicæ constantem professionem  
& observationem ritè condixit. Duodetri-  
gesimo nostri mensis Lutetiæ Parisiorum  
Serenissimi Ducis Aureliæ Coniux filio-  
lam Principem secundo partu edidit. Ve-  
neris 11. 21. ejusdem navigium quoddam  
mercibus & aliis, præter 60. vel 70. utrius-  
que sextus vectores, quos vehebat, onu-  
stum Ratisponâ solverat; ut verò Dona-  
stauffii uno infra urbem milliari, vinolenta  
nautarum incuriâ ad pontem illum vehe-  
mentius illisum fuerat, dolendum fecit  
naufragium, vectorumq; in aqua submer-  
sorum amisit circiter triginta. Rabchaupt,  
Hassiaci apud Novesienses præsidii Epho-  
rus, in oppidum Zons, quod est in Colo-  
nienfi districtu, impressionem quidem ex-  
cogi-



cogitaverat, quæ tamen non successit. I. Quintil.  
 dem 2000 peditum equitumque commi- Anno  
 litio, & 4. machinis munitus, Domui 1645  
 Wachtendonck (quam ne unius quidem  
 militis jacturâ, atque inibi præter 8. machi-  
 nas metallicas, & pecora, ingentem com-  
 meatum bellicum interceperat: est enim  
 locus hic latis aquarum fossis circumdatus,  
 ex quo universa Coloniensis diœcesis su-  
 petior, unâ cum Eysalia, cui adjacet, ad pē-  
 dendum vectigal compelli potest: ) de o-  
 mni pertinenti apparatu sufficienter pro-  
 videt, Merckenhemium diripit, & quot-  
 quot in pendendo vectigali negligentes  
 fuerant, executione militari multat; quod-  
 dum facit, diversi pagi exuruntur, incola-  
 rum & secularis & Ecclesiastici status cen-  
 teni in captivitatem abripiuntur; cui malo  
 cum Vehleniani remedium aliquantum ad-  
 ferre satagerent; inter Bergershusium &  
 Blazhemium die 18. Junii ab eodem ma-  
 chinarum beneficio victi, præter 30. occi-  
 sos; & Kettam, equitum Capitaneum gra-  
 viter sauciatum, eo congressu Baronem  
 quoque Louchesium, cohortis prætoris  
 Præfectum, amiserunt, Rabenhauptus au-  
 tem spolia Novesio felicitet intulit.

Huius insuper mensis die 9. 19. Tot Ragozkys  
 tensohnus Principem Transylvaris Ju- Junior in  
 K 2. nio- Suecorum



Quintil.

Anno

1645.

ante Brun-  
nam castra  
pomposè in-  
troducitur.

niorem Sigismundum, qui cum octies mil-  
le circiter armatorum exercitu accurrerat,  
inter festivos detonantium machinarum  
applausus & utriusq; militiæ Torstenboh-  
nianæ signa stipantia in castra ad Brunnam  
pomposè introduxit, monstratoq; obsidio-  
nis statu, postquam dona data & accepta  
fuissent, eundem cum paucis à se honorifi-  
centissimè dimisit.

Expeditio-  
nis Turcicae  
successus.

Rerum Turcicarum eiusdemque Ex-  
peditio-  
nis Turcicae  
successus. peditionis statum ac successum quod atti-  
net, Veneti ex Cephalaria nuntia accepe-  
runt, viginti quinque eius reipublicæ tri-  
remes, 4. Galleazzas & 32. celoces, quas  
Galli *Fregates* appellant, die 27. Quintil.  
urbem Patrasso in Morea feliciter oppres-  
sisse, oppressam diripuisse, direptam flam-  
mis succendisse, & post notabilem Maho-  
metistarum stragem cum spoliis & manci-  
piis Zacinthum absque impedimento re-  
diisse. Significatum porrò, Generalem  
Cornarum, sub comitatu Tribunorum  
Angeli & Iustiniani, Canax à Turcis per-  
tinaciter obfessæ, mille amplius militum  
subsidia immisisse, Turcisque per Candio-  
tarum Gubernatoris Feraroli equestres le-  
giones non tenuiter incommodari, his au-  
tem nova indies supplementa submitti.

Regis III

Parlementarii Duce Fairfacio, Regios

fub



sub Generalis Goringii imperio militantes, *Quintil.*  
 insigni denuò victoria privant, dum eius *Anno*  
 legiones prope oppidum Bridgevater *1645.*  
 cælas, campis cedere compellunt, pedi- *Anglia de-*  
 tamque *1600.* equitum verò *600.* capti- *nud affli-*  
 vos obtinent. Dehinc oppidum Bridge- *guntur*  
 vvater in deditioem quoque accipiunt, &  
 quæ illuc ex conciso Goringii exercitu con-  
 fugerant militum, signa, ad unum omnia,  
 cum adjuncto commeatu & machinis o-  
 mnibus secundo successu subigunt.

Hispaniarum Rex, cum Casareæ Augu- *Tumultus*  
 stæ, quæ regni Aragoniæ metropolis est, *diversis in*  
 senatum convocari fecisset, & ex illa pro- *locis susci-*  
 vincia certam pecuniæ summam colligi *tati, Casæ-*  
 petiisset, illumque, qui finito conci- *rea Augu-*  
 lio, regni subditorumque impossibilita- *stæ.*  
 tem prætenderat, Statuum provinciali-  
 um non postremum, laqueo suffocari man-  
 dasset, tantus super hoc facto in urbe tu-  
 multus fuit excitatus, ut Rex in Castiliæ re-  
 gnum vix salvus evadere potuerit.

Cordubæ & Ceræ in Andalusia, cum i- *Corduba.*  
 dem Rex decimum quemque incolarum  
 in militiam cogi peteret, hi verò hoc facere  
 recusarent, Commissarium Regis, dum  
 mandatum exequi præsumit, nullo respe-  
 ctu trucidarunt.

Idem & in urbe *Montbeliar*, quæ est in *Montbelis.*



Quintil.  
Anno  
1645.  
in Langue-  
docca.

Languedocca, accidit, cuius cives cum novo onere se gravari velle animadeerterent, ad arma provolarunt, quod dum loci Præfectus Marefcallus Schombergius impedire nititur, non tantum ipsemet saxis & lapidibus graviter exceptus est, sed & prætorianorum suorum & militum à latere viginti circiter occisi scribuntur.

Palermi in  
Sicilia.

Palermi quoq; seditio coorta fuerat, propterea quod Gubernator ille, tempore tam periculoso, militum aliquot legiones ex Insula illa in Hispaniam emittere vellet, ac publicè dixisset, Regis Hispaniarum magis interesse, pauca quædam regni sui loca facta recta conservari, quam universam Siciliam hostium periculo exponi, quod ne fieret, incolarum concursu prohibitum est.

Naves di-  
tissima 7. in  
Hollandia  
appelluntur.  
Bremer-  
verdã Da-  
nici astis  
recipiunt.

Die 24. Iulii in Hollandia septem ditissimæ eius nationis naves, ex Indiis Orientalibus advectæ, feliciter appulsæ sunt.

Denique ultimo huius mensis die, Danici ex Gluckstadio, cum 200. militum commilitio accurrentes, Bremerverdam (quæ in universa Bremensi Diœcesi Königsmarco plurimum operæ & laboris facesserat) Duce summo Legato Eggero, quarta ante lucem hora feliciter receperunt eiusmodi usi stratagemate. Accesserant



rant primùm ad duodecim, mentito ruri-  
 colarum habitu induti, qui prætendebant, Anno  
 se adesse, ut Domino Commendatori Pen-  
 fo vectigali, maturè ad diurnos suos labo-  
 res redirent: quos cum excubitor per pri-  
 mam portam jamjam patefactam admi-  
 sisset, hi expeditis quamprimum armis in  
 excubias insurgunt, & trucidant, quibus il-  
 licò succedunt in vicinia latentes cohortes,  
 atque ita post levem oppugnationem,  
 qua Præfectus Crafftius fortiter pugnando,  
 cum paucis aliis, occubuit, arce potiti sunt,  
 ceteroq; vita donatos inde Tychopolim  
 abduxerunt. Hæc de Quintili dicta suffi-  
 ciant.

Post confectam inter Bavarico-Electo-  
 rales & Confæderatos Gallorum Hassiaco-  
 rumq; exercitus, ad vicum Allerhemium  
 pugnam, Anguinius Dux octavo Sextilis  
 Nordlingensibus secundo Tubicine, &  
 mox etiam tertio (primus enim, non  
 edito ante urbem ut debuisset clangore,  
 admissus non fuerat:) non deditio-  
 nem, verum transactionem saltem imperavit;  
 quam quoniam summus Legatus Beldin  
 (quem cum 300 militibus senatus in ur-  
 bem præsidii loco volens admiserat:) diffi-  
 cilem admodum fecerat, castra Gallorum,  
 nulla adhuc in urbem hostilitate tentata,

*Nordlinga  
 cum Con-  
 fæderatis  
 in transa-  
 ctionem ve-  
 nit.*



Sextilis.  
Anno  
1645.

immaturo machinarum fulmine concu-  
tiendo; proinde non habita quoque præli-  
dii ratione, quippe in cuius vitam & fortu-  
nas Galli sibi potestatem reservabant, cum  
civitate sola transactum est, eique, quate-  
nus neutralis esse vellet, quatuor admo-  
dum tolerabiles conditiones concessæ, vi-  
gore quarum statum suum in omnibus sal-  
vum cōservavit, nullo tamen Gallorum in  
urbem admissio præsidio.

*Dunckelspil*  
*capitur.*

Re cum Nordlingensibus peracta, Cō-  
fœderati urbi Dunckelspiel legiones ad-  
moverunt: quæ cum uno & altero die, fru-  
stra licet, reluctata fuisset, mœnibus tamen  
ruina perfractis, urbs denique vi capta, mis-  
sisque sub signa 400. dimachis, & 200.  
sclopetariis, qui Dunckelspilam defende-  
rant, summus in legione Creuziana vigi-  
lum Præfectus, eorum ephorus, arresto  
detentus fuit.

*Hailbröna*  
*à confœde-*  
*ratis obsi-*  
*detur.*

Illinc ad Hailbronnæ transitum, ur-  
bem, quam pro tempore 2000. milites sub  
tribus Colonellis, Fuggero, Creutzio &  
Casparo defendebant, quò itidem Calen-  
dis Septēbris Electorales Donavverda ver-  
sus Heidenhemium, Gemundam Suevo-  
rum & Schorendorffiam concesserunt, ut  
conceptam Hailbronnæ obsidionem, an-  
tequam Galli castra suffossionum operibus  
obfir-



obfirmarent, tempestivè impedirent, qua Sextilis.  
in re quid effectum sit, sequenti libro quar- Anno  
to referendi occasio proculdubio incidet. 1645.

In Misnia Königsmarcus poliorcetes 3. Rochlitz,  
Sextilis firmissimam arcem Rochlitz expu- Leisnick &  
gnat, porro Leisnicum castellum interci- Misnia ar-  
pit, & 14. eiusdem Misniam, castrum o- ces firmissi-  
mnium eius regionis facilè primarium ar- ma per Kö-  
mata vi ad obsequium redigit. nigsmarcu  
domantur.

Hæc dum in Misnia prosperè gerit Kö- Inducia se-  
nigsmarcus, Septemviri Saxoniae filii natu mestres in-  
maximi interventu, die 27. Sextilis inter ter Electorē  
Electorem illum & Königsmarcum, præ Saxonia &  
vio aliquot dierum negotio, de induciis Königsmar-  
in sex menses convenit, quibus transactum cum 3032 a.  
est, ut quaecunque hostilitates inter Coro-  
nam Sueciae & Domum Electoralem Sa-  
xonicam à multis hinc annis exercitæ, ad-  
dictum usque tempus suspenderentur &  
cessarent, militesque utriusque partis è Sa-  
xonia & vicinis eius provinciis abduceren-  
tur, nec quidquam hostilitatis ante dicti  
termini effluxum tentaretur. Hac de causa  
tres illæ Cæsaris legiones subsidiariae & tot-  
idem Saxonicae, quæ Cæsari fidelitatem  
juraverant die 28. ex ea regione moverunt,  
illincque in Bohemiam concesserunt. Si-  
militer & Königsmarciani prope Misniam  
Albim trajecti in Silesiam descenderunt,

K

s

nulli-



Sextilis.  
Anno  
1645.

nullibi locorum nec Rochliti, nec Leisn-  
ci nec Misniae, præter Lipsiæ ac Pleissen-  
burgi, præliquis relictis, quæ cum omnibus  
proventibus ac redditibus Coronæ Sueciæ  
salva permanent. Eidem ex Electoratu sin-  
gulis mensibus undecim Imperialium mil-  
lia vectigalis nomine penduntur, avena,  
quantum quatuor equitum cohortibus  
sufficit, & semel pro semper ter mille fru-  
mentorum modii Lipsiæ inferendi: Torga  
ab utriusque partis unico duntaxat præli-  
diario milite communita manet, Suecicis-  
que omni tempore mediante salvo com-  
meatu Albim trans- ac per eundem rede-  
undi facultas permittitur. Parthenopolis,  
donec Königs Marcus aliter disponet, ubi-  
dione inclusa manet, quam tamen cessu-  
ram perhibent, quamprimum Domini Ar-  
chiepiscopi Serenitati plenè restituetur, &  
denique Serenissimum Ducem & Princi-  
pem Electorem toto hoc induciarum tem-  
pore, quoad ea, quæ sacro Imperio debet,  
minimè gravatum iri, sanctè promissum  
est.

*Eislebia  
damno  
admodum  
incendio  
corripitur.*

Durantibus hisce tractatibus, Eislebiam  
damnotum admodum corripuit incendiū,  
quo lotricis cuiusdam, ut aiunt, incuria per  
forum eius civitatis ducenta octoginta ci-  
viam



vium ædes, & plus septuaginta horrea frum- *Sextilis.*  
mentis repleta conflatarunt. *Anno*

Die 17. Sextilis Lugduni Gallorum la- *1645.*  
tionis cuiusdam domus incenditur, in eo- *Lugduni*  
que incendio pater & mater familias ipsi, *Gallorum.*  
unus infans, & famuli domestici duo mise-  
rè perierunt.

Trigesimo eiusdem, cum propè Colo- *Colonia*  
niam in Hollandica quadam nave incen- *Agrippina.*  
dium suscitaretur, eadem cum quatuor a-  
liis exoneratis penitus interiit.

Die sexto Augusti apud Ratisponenses *Ian. Henri-*  
civitatis illius in sex annos iam Gubernator, *cus Baro de*  
Generosus Baro Jan-Henricus à Reinach, *Reinach*  
Sac. Cæl. Maiestatis Consiliarius bellicus, *maritus*  
armorum Generalis Præfectus, postquam *Ratispona.*  
paucis diebus ante vivis excessisset, in Do-  
minicanorum monasterio multis iisq; so-  
lennibus cæremoniis terræ mandatus est.

VVürtzburgerus militum Tribunus Sue- *Würtzbur-*  
cicus, cum in Jutiam, 800. militum satelli- *gerus cum*  
tio stipatus, transire iussus esset, ut restantia *universo*  
vectigalia comportaret, prope Coldingam *suo commo-*  
à Danis oppressus, ipsemet in captivitate *lucio inter-*  
necessitatem cum omnibus venit, præter *cipitur.*  
ducentos, qui in loco congressus trucidati  
fuerunt.

Eodem tempore Dominus Gerstorffius, *Gerstorffius*  
Commissarius in militia Cæsaris Genera- *quoquo-*  
lis,



*Sextilis.* lis, dùm in rheda tua Uratislaviam contende-  
*Anno* dit, eo itinere prope Trachenbergam à de-  
*1645.* cem equitibus Suecicis incurritur, & capti-  
 vus denuò cum omnibus Cæsaris Archidu-  
 cisque commissionum schedulis, quibus  
 Silesiæ status institui mandabatur, Glog-  
 govium maius deducitur.

*Et Comes  
 quidem  
 Gronsfel-  
 diæ.*

Idem mali & Gronsfeldiæ quendã Co-  
 mitem afflixit, qui cum medio circiter Iu-  
 nio Bruxellis Bonnam ad Ducis Bavariæ i-  
 bi agentem Commissarium transire cogi-  
 raret, ab Hassiacorum militum quadam  
 cohorte interceptus, & cum opima 15000.  
 Imperialium præda, quam præsentì pecu-  
 nia secum habebat, Novelium abductus  
 fuit.

*Flandrorũ  
 miserrimus  
 status.*

Incredibile autem, quanta tunc tempo-  
 ris calamitas Flandriam afflixerit, quippe  
 inter sola oppida, Winoxbergam, Ype-  
 ram; & Armentirium, plus ducenti pagi  
 habitatoribus vacui reperiebantur, in  
 quibus Galli spolia nulli effabilia acqui-  
 verunt, eaque plus 200. curribus ac carris  
 imposita, unà cum II. aut 12000. omnis  
 generis pecorum abigatu, sub aliquot  
 millium armatorum præsidio, Atrebatum  
 feliciter cõvexere. Hoc expedito, legiones  
 Gallorũ ad oppidum Armentiriũ fluvium  
 Lissam per vim transierunt, Mervillam,  
 Bethu-



Bethuniam, porrò etiam Lilieram & Sant-Sextilis;  
 Venant, intra paucos dies sine singulari a- Anno  
 ctione interceperunt. Deinceps ad Ar- 1645.  
 mentitium quoque accurrentes, urbis il-  
 lius, quæ transitum per fluvium Lissam  
 commode impedire valet, post levem re-  
 luctantiam similiter potitæ sunt. Illinc  
 vis in Insulas transit; cuius suburbia Galli  
 duodecimo Septembris 12. machinarum  
 assultu acerrimè oppugnare inceperunt,  
 constitutumque erat, eo adhuc vespere  
 impetum tentare, si fortè civitas terreri, &  
 hæc magni momenti urbs per consuetum  
 furorem intercipi possit; quando quidem  
 autem Dux Amalsius loco huic de 2000.  
 pedestri, & 1500. equestri præsidio jam  
 ante sufficienter providerat, nec non cives  
 etiam militum operam suo sudore fidelis-  
 sime adjuvabant, proinde Galli ab obli-  
 dione illa depulsi sunt, castra sua Bethu-  
 nam versus promoventes, de quorū (ut &  
 Auriaci, qui hæctenus nil notatu dignum  
 gessit) successibus ulterioribus in sequenti  
 quarto libro pluribus agemus.

Quod verò hoc mense accidit notatu *Pax inter*  
 narratuque dignissimum, illud est, supre- *Cæsarem &*  
 mi numinis bonitate ac favore, inter Sa- *Transsylvania-*  
 eram Cæsaream Maiestatem, & Principem *num con-*  
 Transylvaniae Ragozkium, post longissi- *stima.*  
 mi tem-



Sextilis,  
Anno  
1645.

mi temporis tractatus, almam denique pacem decorè coaluisse, in cuius rei certitudinem die 24 Sextilis, qui Divo Bartholomæo sacer erat, Serenissimi Austriæ Archiducis Leopoldi Wilhelmi castra tubæ ac litui festivè personuere, & simul Principem Ragozkium quotquot in exercitu Suecorum militum legiones habebat, ad se evocasse perhibent.

*Brinnæ ob-  
sidio dissol-  
uitur.*

Quamprimum igitur intellectum est, pacis negotium inter Cæsarem & Ragozkium ititæ firmum ac securum esse, Torstensohnus Brinnæ obsidionem, quam in decimam sextam hebdomaden & magno quidem cum fervore, traxerat, celerius omnium opinione dissolvit, tentatoque die 15. Augusti in quinque diversis partibus ultimo eoque vehementissimo in urbem ac arcem impetu ac furore, quibus non levis ruina porro effecta fuerat, cum castris ad Austerlicium & Felsburgum concessit, trigesimoque Sextilis Misselbaci quatuor à Vienna milliaribus conspectus est, indeque Generalem vigilum Præfectum Wittebergium, cum 3000. equitibus, ad Viennensium usque pontem specularum castris dimisit, de cuius successibus in sequenti libro plura.

*Suecia Da-*

Nec non, quos utraq; Sueciæ ac Daniæ



niæ regiae Coronæ huc usque pacis tran- Sextilis.  
 quilitatisque publicæ reducendæ gratia in- Anno  
 stituerant, ac fidelissimè frequentaverant, 1645.  
 tractatus Deus in omnia secula laudandus, <sup>niaq; Corq-</sup>  
 optato suo fine clementissimè quoq; bea- <sup>na redubi-</sup>  
 re dignatur dum alma itidem pax, quæ bel- <sup>pace bellum</sup>  
 lorum quorumvis optatissimus terminus <sup>componit;</sup>  
 est, inter utraque regna firmissimè coaluit,  
 cuius conditiones ab utriusque partis Ma-  
 jestatibus Regiis, die 15. Sextilis, propria-  
 tum manuum subscriptionibus approba-  
 tas ac roboratas fuisse; fide dignorum ho-  
 minum literis accepimus, quarum argu-  
 menta hæc esse sequentia. *I. Veditigalis*  
*per Ohre-Sündam seu fretum Danicum im-*  
*munitatem, pro Corona Suecia, & quibusvis*  
*eius regni provinciis, cum omnibus, quæ ad*  
*liberum commerciõrum usum pertinent, in am-*  
*plissima forma post ut antea salvâ permanere.*  
*II. Hollandorum, uti & Pomeranorum*  
*Megalopolitanorumque libertatem relinqui*  
*talem, qualis ab antiquo, & ab annis hinc*  
*quinquaginta fuit, qua in re Stetino perma-*  
*gnum emerisse commodum, siquidem pro sin-*  
*gulis malis singulas duntaxat Rosas - nobiles*  
*pendere teneatur. III. Veditigalium im-*  
*munitatem, quam Danica ac Suecica civi-*  
*tates, in Suecia Daniæque habuerunt, cessa-*  
*re. IV. Danum Sueco cedere ac proprias*  
*confi-*



Sextilis.  
Anno  
1645.

consignare, Iembterlandiam, Herrelandiam, Oeseliã & Gottlandiam: Suecum ex adverso Dano restituere, quidquid in Scandia, Fionia, Holsatia ac Iutia belli iure acquisivit, nec non Bornholmiam insulam. V In horum securitatem Danum Sueco tradere Hallandiam, & quicquid sub eius jurisdictionem pertinet, ad 50. annos occupandam, quibus evolutis, Dano liberum integrumque fore, aut cum alius cuiusdam provinciã cessione, qua cum Sueci pacem colunt, redimere aut Hallandiam Suecia Coronæ propriam consignare ac relinquere. VI. Ditecesis Bremensis negotium eiusque compositionem aliis tractatibus finiendam reservari. Quæ omnia uti successura sunt, lector benevole, in postremo denique tomi huius vigesimi quinti libro fusiùs, Deo dante, tractabimus, quem intetea Divinæ protectioni, nos autem constanti ipsius favori ac benevolentia, officiosissimè commendamus.

PAX OPTIMA RERVM:

*Hanc Deus Imperio tandem dignare redire,*

*Supplice quod voto quisque precamur,  
Amen.*

FINIS.









DE BELEGERING  
van de Stadt  
**HULST**  
Door syn Hoocheyt  
den Prince van Oran-  
gien int laer 1645.

LA SIEGE  
De  
**HULST**  
Per Son Alte  
le  
Prince D'Orangie  
l'An 1645.



Schale van 800 Roeden 2000 Makende een duytse Myle.





Landesbibliothek  
Halle  
Universitäts- und  
Landesbibliothek










Eigentliche Abbildung des Seh  
a

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.





Eigentliche Abbildung des sehr blutigen Treffens zwischen der Königlich Französischen und Chur-Bayerischen Armee. Neben die Königlich Französischen Völker das Feld erhalten. Geschehen zwischen Nordlingen und Honawerth den 24. July im Jahr 1645.



Verzeichnis der Königlich Französischer Völker

1. Alf. Kolesch Reg.	7. Toureine Reg.	13. Montousier	19. Marzin
2. Fleckenstein R.	8. Tracy Regim.	14. Bellenare	20. Chambre
3. Karofski Reg.	9. Osonville	15. Mazarin: R. Ffd.	21. Gamache
4. Mazarin Reg.	10. Beauveau	16. Comei	22. Granmont
5. Kosmura Reg.	11. Guiche	17. Duc d'Anguien	23. Carabiner.
6. Coupadell Reg.	12. Waure	18. Perfan	24. Hess. und Toureim.
			Artillery

25. Duc d'Anguin Artoll.	31. Hess. Völker zu Fuß
26. Ohm.	32. Hess. Dr. Buchhorst
27. Bets	Haupt 33. Dr. Brot
28. Hess. Reg. Rauch.	34. Hess. Regim. del. et.
29. Hess. Reg. Schmat.	35. Gens d'armes
30. Muzquetier Hess.	36. Nero Kolsch

37. Marggräffisch	38. Du Wal.
39. Wetgenstein	40. Fabert Garnison
41. Fußvölk auß den	42. Muzq. alle man et
	rose prodieser

Verzeichnis der Chur-Bayerischer Völker.

A. Capier Regiment	G. Hahr Regiment	N. Hillen
B. Sporetsch Reg.	H. Boldt Reg.	O. H. G. Gelcen.
C. Fleckenstein Reg.	J. general Mercj R.	P. Kasselki.
D. Johan de Werth	K. Gorr	Q. alt Kolb
E. Royen Reg.	L. Hemming	R. La pier. Tragoner
F. Kab. Regiment	M. Hertog von Holstein	S. Salis.

J. Geling	2. Stahl.
3. Jung Oberst Kolb	4. Gill de Has
5. Croaten	6. Comp. Franches
7. Chur-Bay. gelckh.	














# Eigentliche DELINEATION des

A. Französisch Hauptquartir  
B. Das dorff Herbsthausen alwo die  
Französische Armee gestanden  
C. das wäldlein vor dem dorff her-  
bsthausen alwo die Frantzösische  
gestanden





Eigentliche DELINEATION des Treffens zwischen den Chur Beyer. und Frantzö. ARMEE vnter COMEND: deren Generaln MERCH vnd Tureno den 5. MAII Anno 1645.

- A. Frantzösch Hauptquartir
- B. Das dorff Herbsthausen alwo die Frantzösch Armee gestanden
- C. das wäldlein vor dem dorff Herbsthausen alwo die Frantzösch Armee gestanden
- D. der Frantzösch Linckesflügel so von 10 Regiment gestanden vnd Herr General Major Rosa commendirt
- E. die übrige Frantzösch Caualeria so auf dem Rechtenflügel gestanden
- F. etliche Frantzösch Truppen so noch in dem Marsche begriffen
- G. zwey Frantzösch Stück so noch in der Marsche begriffen
- H. Chur Beyerische Stück
- I. Chur Beyerische Tragoner
- K. Chur Beyer: Infanteria
- L. Rechterflügel der Caualerie so Herr General Wachtmeister Geling Commendirt
- M. Linckesflügel der Caualerie so Herr General Wachtmeister Spereutter Commendirt
- N. Etliche Truppen zu Pferd so in der Reserva Commendirt gestanden
- O. Chur Beyerische Artiglerie wa
- P. Chur Beyer: Reichs Armada Paggagie
- Q. zwey Squadronen das eine von Caualerie das ander von Tragoner

Casp: Sauter Fecit.













96744

ULB Halle


3

007 104 529



1017






AB  
96744







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



II GALLO-BELGICI  
RDO ARTHUSIO Suc-  
CENTURIATI,

*Sive*

V M I N

ET BELGIO PO-  
HISPANIA QUOQUE,  
IA, GERMANIA, UNGARIA,  
, à nudinis Francofurtensibus vernali-  
isque ad autumnales anni ejusdera  
otissimùm gestarum,

ICÆ NARRATIONIS  
*continuatae,*

VIGESIMI QUINTI  
BER TERTIUS,

*Auctore*

RGIO SCHLEDERO, Ratisponensi.  
C. *Majest. Privilegio Speciali.*



ANCOFURTI,  
*Haradem Sigismundi Latomi, Anno 1640.*